Super quibus verbis queritur. Utrum aliquando licita sit ipsa mercatio. Ad cuius euidentiam aduertendum est ſm Alexan. de ales q tria sunt genera operū humanorum. Quedam enim sunt que minime possunt esse mala sicut diligere deum ⁊ proximum. Quedā sunt que aliquo modo non possunt esse bona: cuiusmodi sunt blasphemare deum: odire proximū vsura: fornicatio ⁊ similia. Quedam alia reperire contingit: que bona esse possunt ⁊ mala: Sicut est elemosynam dare: Jeiunare: ecclesias visitare: ⁊ alia his similia. Inter que mercatio numerari debet: que de se mala non est: sed aliquibus circūstantijs deprauari potest. Un̄ Augustinus ait in lib. de questionibus noui et veteris testamenti. Fornicari hominibus semper non licet: negociari autem: aliquando licȝ aliquando non licet. q autem de se licita sit. Doctor subtilis magister Joannes scotus. q. ij. super distin. xv. iiij. lib. sententiarum: ostendit ex manifestis necessitatibus: ⁊ comodis hominum cōmunitati prouenientibus ex officio et exercitio ipso mercandi. Constat enim vni patrie: vel vrbi multa deficere que in altera superabundat: qui autem in colendis agris ⁊ in ceteris artib9 mechanicis occupātur: vel reipublice regimini: aut iuste militie operam p̄stāt ad res quibus egerint emendas ⁊ deferēdas: comode ⁊ oportune ire non possunt: nec insuper ad hoc omnes industriam ⁊ peritiam habent: qua ex re reipublice satis expedit: q huic officio aliqui idonei mancipentur: quib9 vtiqȝ merito pro emolumento aliquid lucri debet. Unde Apostolus p̄ma ad Corinthios. ix. cap. dixit. Nemo militat suis stipendijs vnq̄ȝ. Et quis reperi posset: qui sine lucro huic operi inseruire vellet. Cum Matth. x. cap. dicat. dn̄s. Dignus est mercēnarius mercede sua. Proinde ostenditur. negociationem esse licitā. Lege nature: scripture: ⁊ gratie. Primo nāqȝ ostenditur lege nature: quia qd reipublice vtiliter ⁊ peculialiter vtile est: quoquomodo fieri debet imo non parum laudandi sunt: qui ex hac intentione huic operi inseruire conātur: lȝ inde lucrari videantur cum industria: sollicitudinem: labores: pericula: hac pro re mercatores exponant: dummodo discreta sit quātitas lucri. Scd̄o inde ostenditur lege scripture: q̄a negociatio in nullo loco reprobatur: imo de se conceditur. Un̄ in vltimo cap. ij. li. Neemie dicitur. Qui negociatores in die sabbati nō vēderent. Ex quo colligi potest: q alijs diebus mercatores emere ⁊ vendere poterant. Et si ī die sabbati erat prohibita: hoc propter festum erat in quo negociari non licet: non quia esset de se mala. Tertio quoqȝ negociationem esse licitam ostenditur lege gratie. Nam tempore tali auctoritas vniuersalis ecclesie mercatores sub congrua mensura lucrantes minime damnat: imo in cap. per vestras: de donationibus inter virum ⁊ vxorem: mercatores approbare videntur: quando dicit: pro vxoris cuiusdaȝ cautela dotes reponi debere in manu mercatoris. Sed contra predicta satis obstare videtur. Joānes crisostomus super hoc euangelium dicens. Nullus christianus debet eē mercator: aut si voluerit esse proiciatur de ecclesia. Et paulo post. Qui emit ⁊ vendit non potest eē periurus. Ad qd dicendum est. q Crisostom9 ibi execratiue locutus est: pro eo qd pauci sunt mercatores: qui in suis negociationibus iustitiam obseruent: ⁊ a multis alijs vitijs ibi non peccent: Aut absqȝ dubio: non est in hoc dicto sequendus cum nullam habeat pro se rationē cogentem: aut scripture auctoritatem. Nam ex euangelio huius diei non potest aliud colligi: nisi q christus innuit contra vendentes in tēplo: qd vtiqȝ illud graue peccatum est. Aduertendum tn̄ est q sunt quedam negocia que vix possunt absqȝ peccato fieri: sicut beatus Gregorius in omelia. xxiiij. dicit ⁊ notatur a Gratiano de peni. dist. v. cap. Negotium. huiuscemodi ſm Durandum nostrum ⁊ alios doctores: septem sunt cura. s. rei familiaris. Militia: procuratio: administratio: aduocatio: qd negotiū ſm Hostiensem omnibus periculosius est. Episcopatus officium quo nihil miserabilius ⁊ periculosius est si perfunctorie: idest negligēter.

res agatur vt patet .xl. distin. Decretorum cap. Ante omnia dicitur. que proprie sunt vba Augustini ad valerium: lz hec vltima duo sub procuratione et administratione valeant comprehendi. Septimum quoqz negocium mercatio est. de qua Leo papa sic inquit. Qualitas lucri negociantem aut accusat aut arguit: quia et honestus est questus et turpis. Verum tamen penitenti vtilius est dispendia pati: qz periculis negociationis astringi: qa difficile est inter ementis vendetisqz commertium non interuenire peccatu. quia lz de se sit bona: tamen ex aliq circustantia de facili maculatur: sic fuit mercatio istorum in templo vendentium et ementium qd hoc omnino ager est in templo licitu no erat. Quaobrem christus de templo omnes eiecit sicut dicunt verba ista Intrauit iesus in templum dei: et eijciebat omnes vedentes et emetes in templo.

bat eos de regno dei.

Feria .iiij. post primam dnicam quadragesime Matth. xij. cap.

In illo tpe Accesserunt ad iesu scribe et pharisei dicetes Magister volumus a te signum videre[a] Qui respondes ait illis. Generatio mala[b] et adultera[c] signum querit[d]: et signum non dabitur ei[e]: nisi signum Jone prophete[f]. Sicut eniz fuit Jonas[g] in vetre ceti tribus diebus et trib[us] noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et trib[us] noctib[us]. Viri niniuite surgent in iudicio cuz generatone ista[h]: et condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione Jone. Et ecce plus qz Jonas hic. Regina austri[i] surget i iudicio[k] cum generatione ista et condemnabit eam: quia venit a finibus terre[l] audire sapietia Salomois[m]. Et ecce plus qz Salomon hic[n]. Cu autem imudus[o]

Expositio litteralis

a Magister volumus a te signum videre. non qdcuqz sed de celo. vt habet Luc. xj. cap. Qui respondens ait illis.
b Generatio mala: quia ex persecutoribus prophetarum descenderant.
c Et adultera: quia patres eorum idolatre fuerunt.
d Signum querit. de celo.
e Et signu no dabitur ei: de celestibus: quia sunt indigni propter eorum curiositatem et malitiam.
f Nisi signum Jone prophete. quasi diceret terreni sunt et infimi. Et ideo de terra et ifimis signum habebunt. Et hoc est qd subditur.
g Sicut enim fuit Jonas vt patet.
h Viri niniuite surget in iudicio cu generatione ista etc. Hic exprimitur eoruz condemnatio: qa gentiles peccatores egerunt penitentia ad predicationes prophetarum: et pharisei obstinati sunt in predicatione xpi: qui tame erat dominus prophetarum: et ideo ex facto illorum apparebit condenatio iusta istorz. Et hoc est qd dicit. Niniuite viri surgent i iudicio etc. Hoc e dictu ex facto eorz apparebit iusta codemnatio istoruz sequitur.
i Regina austri. idest regina Sabba de qua habetur .iij. Regnm. x. cap. Et dicitur hec Regina austri: quia regnum eius est in australi parte respcu hierusalem.
k Surget in iudicio. hoc est ex facto suo ostendetur istorum iusta condenatio.
l Quia venit a finibus terre. idest a longinquis partibus.
m Audire sapientiam Salomonis: quia non fuit solum nisi figura xpi.
n Et ecce plus qz Salomon hic. idest xps presentialiter positus cuius predicationem iudei contempserunt.
o Cum autem immundus spiritus exierit. Hic ponitur eorum excecatio et possessio a diabolo: ad cuius euidentiam sciendum: qp potestas diaboli fuit eiecta quodammodo a populo iudaico per legis dationem: que excludebat cultum demonum: et inducebat ad colendum vnum deum verum: Et sic eiectus transijt ad possidendum plenius gentiles sine lege: Et Prophetarum oraculis

viuentes: ⁊ ideo eos tenebat in idolatria subiectos sed adueniente xp̃i predicatione ⁊ apostolorum iudei pro maiori parte fuerunt increduli: gentiles autem deuote fidem xp̃i ⁊ apostolorum acceperunt: ⁊ sic diabolus eiectus ab eis per fidem xp̃i reuersus ẽ ad possidendum populum iudaicum errore excecatum: ⁊ sic facta sunt nouissima huius populi peiora prioribus: qꝛ status populi iudaici: peior ẽ modo q̃z fuerit a principio ante legem datam: hoc ẽ ergo quod dicit. a Cum i mundus spiritus exierit ab homĩe i. a populo iudaico viuente sub lege nature: qꝛ eiectus est per susceptionez legis mosaice. b Ambulat per loca arida i. corda gentilium. c Querens requiem. i. ipsis perpetuam mansionem. d Et non inuenit: qꝛ predicantibus apostolis inde eiectus fuit. e Tunc dicit reuertar in domum meaz i. iudaicum populum. f Et veniens inuenit eam vacantem. i. fide ⁊ bonis operibus vacuam. g Scopis mundataz. qꝛ populus iudaicus habebat quãdam exteriorem ĩmunditiaz. h Et ornatam propter legis apparentiam. i. Tunc vadit ⁊ assumit septem ⁊c̃. per hoc q̧ dicit septem alios intelligit vniuersitatem viciorum hoc est dictum qd̓ ante legem datã fuerunt peccatis irretiti: ⁊ a diabolo possessi sed post aduentum xp̃i in peccato suo obstinati sũt peiores facti: qꝛ ex ingratitudine peccata eorũ sunt quasi duplicata ⁊ hoc loquendo quasi de vno homine dicit per similitudinem intelligatur d̓ toto populo iudaico: patet per hoc quod dicit. Sic erit gñationi huic pessime. k Adhuc eo loquente. Hic vltimo ponitur confutatio insidiantium ipsius infirmitati assumpte: ⁊ hoc qd̓ ipso predicante dixit ei quidaz insidiator. q̧ mater sua ⁊ fratres eius expectabãt euz foris vt si propter hoc dimitteret predicatiõez argueret ip̃m esse purum hominem motũ propter affectionem carnalem. Sciendum tñ q̧ hic dicuntur fratres cognati eius germani secũduz morem scripture que freq̃nter nominat consanguineos fratres. His autem illum insidiatorem confutauit ostendens q̧ spiritualis occupatio ẽ carnali affectioni p̃ponẽda dicens. Que est mater mea quasi dicat predicatio non est interrumpenda seu dimittenda. l Et extẽdens manuz: quasi ad protestandũ veritatẽ. m Ecce mater mea: q̃si dicat in tantum ẽ mihi aliquis propinquus. In quantum est spiritualibus acctibus intentus: vt patet.

spiritus exierit ab homine[a] ambulat per loca arida[b] querens requiez[c]: ⁊ nõ inuenit.[d] Tũc dicit reuertar in domũ meam[e]: vnde exiui. Et veniens inuenit eaz vacantem[f] scopis mundatam[g] ⁊ ornataz[h]. Tunc vadit ⁊ assumit septez[i] alios spiritus secuz nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus Sic erit generatiõi huic pessime. Adhuc eo loquente[k] ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stant querẽtes te At ipse respõdens dicenti sibi ait: Que est mater mea? ⁊ qui sũt fratres mei? Et extendẽs manuz[l] in discipulos suos dixit Ecce mater mea[m] ⁊ fratres mei Quicunq; enĩ fecerit voluntatem pr̃is mei qui in celis est ipse frater meus ⁊ soror ⁊ mater est.

Expositio moralis.

Generatio mala: ⁊ adultera ⁊c̃. quia querunt ea que non sunt scibilia: nec ad fidez vel mores vtilia: ⁊ ideo non dabitur ei signum nisi signuz Jone prophete: quem deglutiuit cetus: ⁊ sic deglutit eos diabolus ⁊ deludit. Uiri niniuite p̱ niniuitas significantur peccatores ad vocem predicatoris penitentiã agentes ⁊ per reginaz austri simplices sapientiam xp̃i deuote querentes quorum salus ẽm sententiam saluatoris preponitur saluti eorum qui sunt multum litterati de sua tantum scientia presumentes. Cum autẽ immundus spiritus exierit ⁊c̃. per istum significatur peccator curatus per dei bonitatez sed propter ingratitudinem suam sequentem dimittitur cadere in hypocrisis prauitatem ⁊ sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus

q2 ſicut dicit Hiero. ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. Adhuc eo loquente ad turbas. Ecce mater eius ⁊c. per hoc autem quod ſaluato2 a predicatione non deſtitit: propter aduentum ſue matris ⁊ fratrum ſibi loqui volentium declarauit manifeſte φ opus dei p2eponendum eſt negotijs familiarium perſonaru3: per hoc autem qđ ſubditur. Quicūq3 fecerit voluntatē patris mei ⁊c. Oſtendit φ p2opinquitas charitatis p2eponenda eſt p2opinquitati conſanguinitatis.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini. Generatio mala ⁊ adultera ſignum querit ⁊c. Mat. xij. cap.

Ex quibus verbis merito poteſt queri. Utrū mercantie pluſvaleant q̄3 poſſint licite vendi: vel etiam minus emi. P2o cuius declaratione interrogationis notandum ex doctrina doctoris ſubtilis. q. ij. ſuper diſt. x. quarti li. ſententiaru3. φ valo2 quarūcūq3 reru3 dupliciter ſumi poteſt. Na3 vnus naturalis: Reliquus vſualis appellatur. P2imus eſt ſcđ3 bonitatē nature in re a domino create ⁊ hoc mō Mus: fo2mica vel pulex pluſq̄3 panis extimatur: cu3 illa anima3 habeant: Panis vero anima p2iuetur Secundus vero qui dicitur vſualis in reſpectu ad vſu3 noſtru3 ſumitur: qm̄ quanto res vſibus noſtris magis expediunt: tanto amplius valēt ⁊ hoc modo illis. ſ. Muri fo2mice vel pulici. panem p2eferimus. Et q2 emendi vel vendendi actus ad humane vite vſus o2dinātur. ideo in eis valo2 venalium reru3 ſcđo modo ſumitur ⁊ non p2imo modo. Scđo etia3 notandum eſt: φ hic valo2 vſualis in re venali tripliciter conſiderari poteſt. P2imo reſpectu virtuoſitatis: quando. ſ. res venalis virtuoſio2 eſt et efficatio2 noſtris vtilitatibus: Secundo reſpectu raritatis qñ. ſ. res venales ex raritate: ⁊ inueniendi difficultate: magis nobis neceſſarie ſūt ſicut de frumento eſt tempo2e penurie: qđ maio2i p2ecio venditur: q̄3 abundantie ⁊ fertilitatis tempo2e. Jnde eſt φ magis extimatur aurum vel balſamum q̄3 aqua terra vinum vel oleum oliuarum: Tertio reſpectu complacibilitatis: quandō ſcilicet res venalis magis eſt cōplacibilis voluntati noſtre: quomodo app2eciatur equus ab armigero ⁊ o2namentu3 a muliere. Tertio adhuc notandum φ penſatio valo2is vſualium rerum vix aut nunquā a nobis fieri poteſt: niſi per coniecturale3: ⁊ p2obabile3 opinione3. His viſis dicitur ad huius generationis male queſitu3: φ res ſaluo melio2i iudicio non plus poſſunt licite vendi: vel minꝰ emi: q̄3 valeant earum penſato valo2e ad vſum noſtrum ⁊ ad p2obabile extimationis humane iudicium menſurato etiam valo2e rei infra limites latitudinis competentis. que quidē latitudo iure: conſuetudine: ⁊ diſcretione īnoteſcē poteſt. P2imo. n. iure ſic innoteſcit: q2 ius determinat quod quando empto2 vel vēdito2 vltra dimidiū iuſti p2ecij defraudatur contractus ſit nullus: ⁊ per iudices ſit irritandus. Tamen ſcđm docto2em ſubtilem vbi ſup2a. Si infra illud notabilis fraus appareat: eſt co2reſpōdens reſtitutio facienda: hoc quidem intelligi debet: ſi defraudatus exceſſum igno2aret: Sciens enim donare poteſt. ⁊ in cōtractum cōſentire: ⁊ defraudatus putari non debet. Et licet lex ciuilis dicat φ contrahentes ſe inuice3 decipere poſſunt. Tamē in eccleſia in contractibus: dolum facere nō permittit: Lex enim ciuilis: vt ſanctus Tho. dicit poplō data eſt in quo ſunt multi: a virtute deficientes ⁊ ea ſolum p2ohibet que humanu3 modum viuendi deſtruere dinoſcunt. Et ideo dūtaxat: magnos exceſſus punit vt cum quis eſt deceptus vltra dimidium: Lex aūt diuina: que non modo data eſt populo ſed hominibuvirtsuoſis: nihil impunitum relinquit: φ ſit virtute cōtrariu3. Hinc eſt quod ſecundū diuinam legem illicitum reputatur: ſi emendo vel vendēdo equalitas nō ſeruatur: licet parua additio: vel diminutio p2ecij equalitate iuſticie tollere non videatur. Et de hoc in decretis. x. q. ij. §. hoc ius plenius habetur. gloſa enim ibi dicere videtur: φ ſi in venditione pluſq̄3 res valeat offeratur: illud eccleſia accipere non deb3. Jnſuper in his notandum eſt. φ ſi res minus iuſti p2ecij. ſ. parte dimidia comparatur eſt in poteſtate empto2is iuſtum ſupplere p2eciu3 vel a contractu recedere. Ut extra de emptione ⁊ venditione. in ca. cum dilecti. plenius legitur. Secundo modo ſcđm ſcotum vbi ſup2a huiuſmodi latitudo conſuetudine innoteſcit: cui conſuetudini a legibus aliquid de rigo2e dimittitur: vt contrahentes ex conſuetudine valo2is rerū mutuo ſibi remittere poſſit. Si tamē eno2miter cōſuetudo nō deficit a iuſticia. Tertio modo patet diſcretione. ſ. ſcđm Thomā ſcđa ſcđe. q. lxxvij.

Carius vendere:⁊ vilius emere est illicitum ⁊ iniustū:nisi res que venditur in detrimentum cederet venditoris:cuʒ ea nimis indigeat. Unde in tali casu iustuʒ preciū est:si nō soluʒ inspiciatur ad reʒ que vendit̄:sed etiaʒ ad damnum qḋ ex vēditione a vēdente recipit̄. Hinc licite rē plus q̄ʒ valeat vēditor nō emat qui vult emere. Sed hec gn̄atio mala auarorū mercatorum hac solēni responsiōe doctorū minime ꝯtenta: obijcit nōnullis rōnibus apparētibus ad q̄ petit⁹ signa idest respōsa:suas respōsiōes oīno frangētia. dicūt enī primo huius praue generationis filij: Nobis quidem licet rebus nostris precium statuere:⁊ sicut nullū ius nos cōpellit res nostras vēdere:ita nec cōpellere debet preciū:nō ꝑ placitum nostrum ipsis statuere:qz nullus emptor cōpellitur emere: Uulgariter enī dicit̄ tantū res valet quātuʒ vēdi potest. Quibus obijci potest breuiter: qꝛ licet quis nō cogat̄ res suas vēdere: cogitur tamen in cōtractu vendēdi iuris ⁊ equitatis regulā debite obseruare. Pro inde scd̄m Hostiē: licet aliqs cogi nō possit rē suā vēdere:vel alienā emere: Si tn̄ rem venalē exposcit: ⁊ preciū offerat̄:⁊ iuste nō vult vendere: per iudicē cogi potest vt iusto precio vēdat:qz impositio ꝑcij:nō imponit̄ rei tanq̄ʒ ꝓprie:sed ipsi quasi in alterū cōmutande. Adhuc adultera gn̄atio peius infert dicēs:ergo tota cōmunitas vendentiū ⁊ emētiuʒ cōtra iusticiā peccat: qz fere omnes vile emere: ⁊ care vēdere cupiunt. Cui dicitur qḋ tn̄ cōmunitas auarorū ⁊ nō iustorum vile emere ⁊ care vēdere cupit. Fortius miseri vlterius dicunt. Rebus vt dictū est pūctalis taxatio nō potest īponi:ergo scd̄m consensū vtriusqꝫ partis licet rerū preciū extimari. His etiaʒ respōdetur:quod licet pūctalis taxatio rebus nō possit imponi: Nihilominus potest et debet illud sub cōgruis limitibus mensurari: sed qz in his tribus signis.i.respōsiōibus auari cōtenti nō sunt:sed semꝑ vlterius signa querunt. Ideo eis bene dr̄. Generatio mala ⁊ adultera ⁊c̄. quasi dicat hec praua gn̄atio: dictis sacrorū doctorū acquiescere nolūt:sed vlterius signa ⁊ respōsa querunt sed signū nō dabitur ei: nisi signū Jone prophete:qui typū ostendit xp̄i resurrectōnis qz inde venit ad iudicāduʒ ⁊ oēs viuos ⁊ mortuos:vbi de omni cōtractu vsurario rōneʒ reddere obligabitur:nec inuenient tunc argumēta sophistica:quibus vsurā ei⁹ valeant defensare. Quia ⁊ Bernardus ait Judex ille:non falletur verbis.

Feria quīta post primam dn̄icam quadragesime.

Euangelium scd̄ʒ Matheum .xv. ca.

In illo tp̄e Egressus iesus secessit[a] in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea[b] a finib⁹ illis egressa[c] clamauit dicēs ei. Miserere mei domine fili dauid[d]: filia mea male a demōio vexatur. Qui non respondit ei verbuʒ[e]. Et accedētes discipuli ei⁹ rogabant eum dicētes Dimitte eam:quia clamat post nos. Ipse autem respōdes[f] ait. Nō sū missus nisi ad oues[g]

Expositio litteralis.

a Et egressus iesus inde secessit ⁊c̄. Reprobato errore phariseoꝝ:hic xp̄s trāsit ad gētiles: vt ex deuotiōe gentiliū:ostendat̄ iusta reprobatio iudeoꝝ. ⁊ hoc est quod dr̄. Et egressus iesus inde secessit in ꝑtes tyri ⁊ sidonis tyrus ⁊ Sidon sunt quedā ciuitates site in terra ꝓmissionis prope montē libani:qz filij israel nō potuerunt totaliter expellere gentiles de terra sua. b Et ecce mulier chananea.s.natione. Chananei enī habitauerūt in terra ꝓmissiōis ante filios israel:nec potuerūt per eos totaliter extirpari:vnde ista mulier ab illis qui remāserant descēdebat:ista aūt audiuerat miracla ⁊ famaʒ iesu xp̄i:⁊ ideo firmiter credebat qḋ filiā suam sanare poterat. c A finibus illis egressa. qz xp̄m sequebat̄ in via ad impetrandum sue filie sanationē. Marcus tn̄ dicit .vij. ca. quod venit ad iesum intra domū:⁊ hoc est verū ꝑmo:sed qz eam ibi nō exaudiuit sequuta ē eū in itinere clamās. d Miserere mei dn̄e fili dauid. Audiuerat enim xp̄m promissum iudeis descēdere de gn̄e dauid. e Qui nō respōdit ei verbū:nō ꝓpter indignationē: ſʒ vt ex ꝑseuerātia eius in ꝑce ōnderet̄ fides eius ⁊ deuotio discipulorū. f Et accedētes discipuli ei⁹ ⁊c̄. Mo

que perierant domus israel: At illa venit: et adorauit eum dicens[a]. Domine adiuua me[b]. Qui respondens ait[c]. Non est bonum sumere panem[d] filiorum: ꝛ mittere canibus[e]. At illa dixit[f]. Etiam domine nam ꝛ catelli edunt[g] de micis: que cadunt de mensa dominoꝛuꝫ suorum. Tunc respondēs iesus ait illi[h]. O mulier: magna est fides tua fiat tibi sicut vis[i] Et sanata est filia eius[k]: ex illa hora.

ti.n. erant ad hoc vidētes eius fidē ꝛ deuotionem. f Ipse aūt respōdit. Primo negatiue tñ sine iproprio dicēs. g Nō suꝫ missus ꝛc. qꝛ xp̄s erat p̄mo ꝛ p̄ncipaliter missus iudeis tā𝔮̄ꝫ apl's eoꝝ: ꝛ ideo in ꝓpria ꝑsona nō predicauit nisi iudeis: nec fecit miracula nisi i casu ex aliqua spāli cā: vt .s. ostenderet eccl'iam in fide gentiū eē fundandā sicut hētur hic ꝛ Joānis .iiij. ca. Ubi xp̄s predicauit samaritanis d̄uote eū recipiētibus: post moꝛtē āt xp̄i fides p̄dicata est publice gētilib⁹: ꝛ h̄ ē qδ dicit apl's ad Romanos .xv. ca. Dico āt xp̄ꝫ mīstrū fuisse circūcisionis .i. aplin iudeoꝝ pp veritatē dei ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū: qꝛ antiquis p̄ribus iudeoꝝ fuerat facta ꝓmissio de xp̄o: Sić abꝛahe: ꝛ dauid: qꝛ tñ iudei ꝓ maioꝛi pte fidē xp̄i repulerūt: ꝛ gētiles eā susceperūt. Jō apl's subdit ibidē Roma .xv. ca. Gētes aūt sup mīa honoꝛare deū ꝛc. Seq̄f. a At illa venit ꝛ adoꝛauit eū. adoꝛatiōe latrie dicēs. b Dñe adiuua me. In firmitatē .n. filie sue reputabat suā: ꝛ p̄ ꝯñs sanationē: c Qui rñdēs negatiue .s. ꝛ cuꝫ iproperio ait. d Nō est bonū sumere panem .i. doctrinā ꝛ miracula ꝓmissa iudeis: tan𝔮̄ꝫ spūalibus filijs ꝓpter cultū vni⁹ dei. e Et mittere canibus .i. dare gētilibus: q erāt dediti cultui idoloꝝ: sicut canes circa cadauera aīaliū defūctoꝝ. f At illa dixit ꝛc. i. ꝛ bonum ē in casu. g Nā ꝛ catelli edunt ꝛc. q.d. Sicut catelli aliqua modica: vtpote micas cadētes ne cibo cōcesso filijs ꝑcipiūt: ita ēt gētiles debebāt aliqd saltē modicū ꝑcipe de bñficijs xp̄i: ex quo patet ꝙ no ē ꝯtrarietas in v̄bo xp̄i cū dicit: nō ē bonū ꝛc. v̄bū hui⁹ mulieris dicētis imo bonū ē: qꝛ verbū xp̄i ē intelligēdū ꝙ nō erat regulariter ꝛ vniuersaliter bonū: cū xp̄s eēt apl's iudeorū vt dictū ē: Uerbū aūt hui⁹ mulieris intelligendū ē in casu ꝓpter .s. petētis deuotioneꝫ: vt ōnderet ecclie gētiuꝫ futuram fundationem. h Tūc respōdēs iesus ait: O mulier magna ē fides tua: ꝙ pꝫ ex v̄bo ꝛ fcō suo: qꝛ nō fuit retardata a feruoꝛe petēdi. p̄mo pp xp̄i taciturnitatē Nec scdo pp ei⁹ rñsionē negatiuā: Nec tertio pp iproꝑiū adiūctū rñsiōi negatiue: ꝛ iō sb̄dit. i Fiat tibi sicut vis. q.d. Fides tua: h̄ meref: ꝙ pꝫ ex facto: cū sb̄ditur. k Et sanata ē filia ei⁹. h̄ patet ēt ex dictis: ꝙ tarditas xp̄i ad exaudiendū eius petitionē nō fuit ex igratia: vel voluntate sed vt ex ꝑseuerātia mlieris ōndēt fides ei⁹: ꝛ deuotio dignioꝛ exauditione.

Expositio moralis.

Et egressus inde ih̄s venit i ptes tyri: p mulierēꝫ chananeā cui dr̄ a dño: O mlier mag̃ ē fides tua: pōt rō supioꝛ itelligi: q̄ legib⁹ eťnis ispiciēdis ꝛ ꝯsulēdis itēdit: b̄ꝫ Aug. xij. li. De trinitate. p filiā ei⁹ rō iferioꝛ: p demoniū āt ipa sēsualitas: q̄ ēt p sꝑpētē significaf vt dič. Aug. ibidē: sic igr̄ filia mlieris chanāee a d̄mōio vexaf: qñ p sēsualitatē iferioꝛ rō ad ꝯsēsū pcti moꝛtal' ipellif: cuius sanatio p mr̄eꝫ .i. supioꝛē rōnē a dño petif. Nā rō supioꝛ sp ad optīa depcaf: ꝛ sić dñs distulit exaudire petitionē mlieris chananee vt ei⁹ fides clari⁹ appꝑet: sic ꝛ dñs aliqñ dimittit ipulsū rōnis iferioꝛis p sēsualitatē diuci⁹ ptrahi vt augeaf meritū tētati: pp ꝙ Paulo petēti stimulū carnis a se auferri dixit dñs .ij. ad coꝛi. xij. ca. Uirtus in infirmitate perficif.

Questio fris antonij betontini. Miserere mei dñe fili dauid. Matthe .xv. ca.

In q̄b⁹ v̄bis q̄rif. Utꝝ b̄m valoꝛē vtilitatis emētiū possit p̄ciū i mercātia taxari. Ad qδ breuissime dr̄ ꝙ nō. Nā h̄ mō p̄ciū rei iextīabile esset cū cyph⁹ aq̄ hoi nisi aq̄ꝫ hēat moꝛituro ifiniti auri p̄cij apδ oēs vtētes rōnib⁹ eēt. Qδ eēt p̄mo neq̄ssimū. Tū qꝛ bonū ꝓpꝛiūꝫ ꝓponētur bono cōi: ob qδ mercatio istituta ē. Tū qꝛ h̄ onus iportabile putaref. Tū qꝛ pp h̄ on⁹ mod⁹ pietatis euacuaref. Scdo eēt iiustissimū: qꝛ cū iusticia obƀuet i ēptiōib⁹ ꝛ vēditiōib⁹: nālē oꝛdinē vtiliū reꝝ b̄m cōeꝫ opie ꝛ iopie cursū. Mercatoꝛis idustriā: ꝛ laboꝛē ꝛ piculū: oīa ista iustissima: tal' taxatio p̄cij reddēt icōgruissima. Tertio ihōestissimū qꝛ nulla curialitas possꝫ eē int amicū ꝛ amicū: int s̄uū ꝛ dñm: int p̄reꝫ ꝛ filiuꝫ.

Et vt breuius loquar: si h' esset: omnis modus vendendi ⁊ emendi redderetur inconsonus ⁊ auaritie accomodatus. Ubi vero auaritia regnat quis dubitat quod nulla mercatio licita sit. Et ideo mercator clamabit ad dñm ⁊ dicet misererere mei dñe fili dauid: filia mea .i. conscientia mea q̄ carior omni p̄mogenita esse debet: tali tentatione a demonio vexata: per tuam gr̃am liberari desiderat.

Feria sexta post primã dñicam .xl. euangeliuʒ ſm Joannem .v. cap.

IN illo tẽpore: Erat dies festus iudeoruʒ[a] ⁊ ascendit iesus hierosolymam.[b] Est autẽ hierosolymis probatica piscina[c] que cognominabat̃ hebraice bethsaida: quinq̧ porticus habens[d]: i his iacebat mltitudo magna languẽtium[e]: cecorum: claudorum: aridorum: expectãtium aque motum: angelus aũt dñi[f] ſm tempus descendebat in piscina ⁊ mouebatur aqua[g]. Et q prior descendisset in piscinam post motionez aq̃ sanus fiebat[h] a quacũq̧ d̃tinebat̃ ĩfirmitate.

Expositio litteralis euangelij.

EUangelista determinat i h' euangelio de beneficioꝝ quantuʒ ad generatianem spũalem conuenientium exhibitione. In generatione enim carnali filij habent a patre vitaʒ nutrimentũ: ⁊ doctrinam. Ita eodem modo ẽ in generatione spũali. Ideo euangelista p̄mo describit vite collationẽ: scd̃o spũaliuʒ nutritionem. ℂ Circa p̄mũ sciendũ est ꝙ modus naturalis cognitionis humane est ex sensibilib[9] ad intelligibilia deduci: q2 omnis nostra cognitõ oritur ex sensu: ⁊ ideo modus istius euange. vt frequenter est pretermittere signum sensibile conueniens sequẽti doctrine. Et ideo in h' euãgelio ostendit̃ signũ sensibile in xp̃o .s. potẽtia vite reparatiua: ⁊ h' dupl'r. p̄mo ex miraculi operatione. Scd̃o ex eius impugnatõe: ibi erat autẽ sabbatum. Prima in duas: q2 p̄mo circũstãtia miraculi p̄mittit̃. Scd̃o actus miraculi describit̃: ibi. Erat ãt qdã. Circa p̄mũ ponit̃ p̄mo circũstãtia tp̄is cũ d'. a Erat dies fest[9] iudeoꝝ scʒ festũ pentecostes. b Et ascẽdit iesus hierosolimã. q2 viri tenebant̃ esse ibi in illo festo: q2 ter in ãno tenebant̃ masculi apparere corã dño .s. pascbate pentecostes: et festo tabernaculorũ. Scd̃o describit̃ cõditio loci cũ dicitur. c Est aũt hierosolimis ꝓbatica piscina: in q̃ aque pluuiales colligebant̃: ⁊ ibi lauabant̃ hostie p̄mo: ⁊ postea in lateribus i atrio sacerdotum existẽtibus idõ dicebat̃ illa piscina ꝓbatica: a probaton ꝙ est ouis: ⁊ est nomẽ grecũ cuius iterp̃tationẽ ponit in hebraico dicẽs que cognominatur hebraice bethsaida .i. domus ouium. d Quinq̧ porticus habẽs: vt p plura loca possent lauantes hostias descẽdere ad aquã. e In his scʒ porticibus iacebat mltitudo lãguẽtiũ ⁊c̃. Et sb̃ditur cã. f Angelus aũt dñi ſm tẽpus .i. in diuersis temporibus interpollatõe tñ facta. g Descendebat ſm tp̄s in piscinã ⁊ mouebat̃ aq̃. ex descensu angeli. h Et qui prior descendisset in piscinam post motõez aque sanus fiebat. cã aũt descẽsus angeli ⁊ huius miraculi assignat̃ a doctoribus dicentibus. Qr appropinquante euangelij veritate: dñs voluit figuram expressam baptismi i hac piscina ostẽdere: que cõueniebat cũ baptimo i mundando ⁊ sanando virtute dei occulta ad motionẽ angeli. Sicut baptismus sub sensibili elemento mũdat aĩam virtute occulta vbi ⁊ cum hoc aliquãdo sanat corpus miraculose: verũtñ quia figura deficit a figurato ideo ista piscina non sanabat nisi corpus: ⁊ vna vice tñ ⁊ non sanabat nisi vnũ. Baptismus aũt pertingit ad aĩam ⁊ sanat oẽs quotquot veniunt ad ip̄m nisi ponant impedimẽtum. Alij aũt dicũt ꝙ illa miracula ibi fiebant ꝓpter p̄ñtiam ligni dominice crucis qd̃ ibi enatauit appropinquãte xp̄i passione. ⁊ ideo angelus illuc descendebat ꝓpter ligni reuerentiam: ⁊ enatauit tẽpore cõueniẽti per eius motionẽ: p hoc etiã ostẽdebatur ꝙ natura humana a morbo peccati p lingnum dominice crucis erat sananda. Qualiter autem lignum illuc dominice crucis i loco illo fuerit positum diuersimode dicitur. Dicitur enim in historia scolastica ꝙ regina Sabba vidit in domo saltus libani Salomonis quoddam lignum: de quo vidit in spiritu: ꝙ in illo pateretur ille propter quem desiceret regnum israel quod cum significasset:

Salomoni ipse volẽs seruare durabilitatẽ re/
gni fecit poni illð lignũ in pfundo terre iuxta
tẽplũ vbi postea in supficie terre facta ẽ illa pi/
scina:ꝛ iõ postea ibi illud lignũ appuit mõ pdi
cto. Jn q̃dã v̊o hystoria scte crucis dr̃:q Seth
filius Ade:ex pce
pto patris:iuit ad
padisuȝ volupta/
tis:vñ eiectus fue
rat:ꝛ petijt ab ãge
lo custodiẽte locũ
illũ de oleo miẽ:q
acceptis trib⁹ gra
nis arboris ligni
vetiti ðdit ea seth
ꝛ ipse plãtauit su/
pra sepulchrũ pa/
tris sui Ade:ꝛ íde
orte sunt tres vir
gule:q̃ postea in
vnã arborẽ sũt cõ
iũcte postea tpe sa
lomõis illa arbor
fuit secta q: vide/
baf edificatiõi tẽ/
pli necessaria. Ue
rũtñ qñ applicabaf ad opus semp erat nímis
curta vel nimis lõga:ꝛ iõ tanq̃ȝ iutilis ad hoc
dimissa fuit iuxta tẽplũ in atrio q̃dã: hoĩes aũt
veniẽtes ad tẽplũ illi ligno ceperũt facẽ q̃ndã
reuerẽtiã istinctu diuino:de q̃ dolẽtes sacerdo
tes fecerũt illud proici itra piscinã:q̃ erat ppe
tẽplũ:qð descẽdẽs ad fundũ ibi diu latuit: po/
stea v̊o imĩnẽte passiõe appuit mõ pdicto hec
aũt scripsi sine aliq̃ assertiõe. a Erat aũt qdã
Hic ꝯseq̃nter actus ponif miraculi cũ dr̃: Erat
aũt qdã hõ ibi trigĩta ꝛ octo ãnos habẽs i ifir/
mitate sua:ex q̃ pȝ:q diu punitus fuerat:illam
eni ifirmitatẽ pp pctm̃ pcedẽs icurrerat vt pa
tebit ifra verũtñ q: penã patiẽter sustinuerat:
Jõ dignũ erat vt ei subueniref pp hoc sequif.
b Hũc cũ vidisset iesus iacẽtẽ ꝛ cognouisset:q:
tps multũ haberet.s.in ifirmitate illa. c Di
cit ei:vis sanus fieri?nõ petit q̃si dubitãs ð vo
lũtate:sed vt magis excitet eius desideriũ:q: p
hȝ efficif dignior accipe dei donũ. d Respõ/
dit ei lãguidus?oñdẽs suũ desideriũ. e Do
mine hoĩem nõ habeo vt cũ turbata fuerit aq̃
mittat me in piscinã.q.d.multũ desidero: sed
nõ habeo q portet me ꝛ ego sum ita debilis:q

Erat autem quidam[a] hõ ibi triginta ꝛ octo annos habens in infirmitate sua. Hunc ergo cum vidisset iesus iacẽtem ꝛ cognouisset[b]:q̃ iam multum temp⁹ haberet:dicit ei. Uis sanus fieri?[c] Respõdit ei lãguidus[d] Domine hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aq̃: mittat me in piscinaȝ[e]. Dum eniȝ venio ego[f]. alius ante me descendit[f]. Dixit ei iesus surge[g] tolle grabatuȝ tuũ[h] ꝛ ambula[i]. Et statiȝ sanus factus est homo[k]. Et sustulit grabatuȝ suuȝ:ꝛ ambulat. Erat autẽ sabbatum[l] in illa die. Dicebant ergo iudei illi qui sanus fact⁹ fuerat[m]. Sabbatũ est[n]:nõ licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit[o] ille mihi dixit. Tolle grabatum tuũ:ꝛ ambula. Interrogauerũt ergo eum[p]. Quis ẽ ille

nõ possum ita cito venire sicut alij:vñ sequitur
f Dum eni venio ego alius añ me descẽdit: hȝ
aũt dicebat:q: videbat iesuȝ fortẽ ꝛ aptũ ad por
tandũ eũ ꝛ magnũ reputaret si in hoc ei serui
re vellet:sed statim cõtulit ei maius beneficiũ
videlicet sanitatẽ
pfectã vnde seq̄f.
g Dixit ei iesus
surge:restitut⁹ sa/
nitati. h Tolle
grabatũ tuũ: resti
tutus pstino vigo
ri. i Et ambula.
ad declarationeȝ
diuini miraculi.
k Et statiȝ sanus
factus ẽ homo: q:
diuina virtus in/
finita est: ꝛ opera
tur in instãti. Sa/
nitas.n. q̃ virtute
nature restituitur
in tpe:ꝛ nõ in instan
ti acquiritur.
l Erat autẽ sabba
tum. Hic cõseq̃ẽ
ter ponif predicti miraculi accusatio:ꝛ primo
quantũ ad ipsuȝ sanatũ. Secũdo quãtũ ad ipm
medicũ:ibi iterrogauerũt ergo. Jn pma par/
te dr̃ sic. Erat aũt sabbatũ:in illa die in quo non
erat licitũ opera seruilia facere:pter qð seq̄f.
m Dicebãt ergo iudei illi q sanus fact⁹ fuerat
n Sabbatũ ẽ.nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ.
Jsti falsuȝ dicebãt:q: opa corpalia que sunt ad
dei honorẽ bene possunt fieri in die sabbati. si
cut sacerdotes in templo corpaliter opabãtur
templũ ornando:hostias imolando ꝛ lauãdo
ꝛ cõsimilia vt dr̃ Math.xij.ca. Portatio autẽ
huius grabati erat ad magnificẽtiã diuini mi
raculi sicut ꝛ modo illi q miraculose de carce/
ribus vel huiusmodi liberantur portant con/
pedes suos ad loca sancta ad manifestationem
sue miraculose liberatiõis:tamẽ aliter se excu/
sat ille sanatus dicẽs. o Qui me sanum fe/
cit:ille mihi dixit tolle grabatũ tuũ ꝛ ambula:
quasi dicat ille q me diuina virtute sanauit: ea
dẽ virtute ꝛ auctoritate mihi pcepit: ꝛ per ꝯñs
teneor sibi obedire:nec suȝ trãsgressor. p Jn
terrogauerũt ergo. Hic ponif accusatio medi/
ci. Et pmo in gñali ante cognitionẽ determi/

tam de ipso. Secundo in speciali ipso cognito: ibi postea qz enim per sanantem eum iste sanatus conuenienter se excusabat. ideo querebãt de ipso sanante vt ipsum persequerentur: ꝛ hoc est quod sequitur. Interrogauerunt ergo eu: quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum ꝛ ambula: quasi dicerent malus homo est qui precepit talia. a Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset: diu languidus iacuerat: ꝛ sic facta xpi ꝛ eius famam ignorabat. b Jesus autem declinauit a turba constituta in loco: dans exemplum aliquando fugiendi volentes calũniare: ꝛ nolens se iactari de operatione miraculi. c Postea. hic ponitur accusatio medici in spãli habita cognitione de eo: ꝛ hoc est qd dr. c Postea inuenit eu iesus in templo: qz ad agendũ gratias de sanitate sibi collata frequentabat templum quod ẽ locus orationis. d Et dixit ei: ecce sanus factus es noli peccare: ex quo patet ꝙ infirmitas illa fuerat sibi ꝑpter peccatum inflicta. e Ne deterius aliquid tibi contingat: in currẽdo penã eternam: qz in recidiuante fiunt nouissima peiora prioribus. f Abijt ille homo ꝛ nunciauit iudeis ꝛc. Dicunt aliqui ꝙ hoc fecit malitiose: sed hoc nõ est verũ: qz illos quos dominus sanauit corpore: sanauit ꝛ mente: vnde de isto dr infra. vij. ca. Totum hominem saluum fecit in sabbato: qd ẽt exprimitur hic ex verbo xpi cum dr: Jam noli peccare. q. d. precedẽs peccatũ est tibi dimissum. Et id dicendũ: ꝙ iste sanatus iuit bona intentione ad publicãdũ virtutẽ xpi. Illi aũt quibus hoc nũciauit fecerunt inde dãnum suum sicut ꝛ de alijs xpi virtutibus.

homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset[a] Jesus autem declinauit a turba constituta in loco[b]. Postea inuenit eu iesus in templo[c]: ꝛ dixit illi[d]. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deteri⁹ tibi aliquid contingat.[e] Abijt ille homo ꝛ nunciauit iudeis[f]: quia iesus eẽt qui fecit eum sanum.

ticus habens. i. aditus per quos signãtur. Lex prophete ꝛ agiographa euangelium ꝛ apostolica doctrina. hec enim quinqz mentionem faciunt de xpi baptismate: quasi ad ipsum prebẽtes additum: Tria prima figuratiue. Alia duo exhibitiue. Per angelum descendentem: in piscinam: Signat xps qui Jsai. ix. ca. ſm translationẽ. lxx. dicitur magni cõsilij angelus: Ipse vero descendens in iordane vim regeneratiuam dedit aqs tactu sue sacratissime carnis: Sed quoniam diuina virtus nõ est alligata sacramentis. Ideo ad hoc significandum iste languidus qui dr hic sanatus non fuit sanatus per descensum in piscinam: sed per xpi sermonem cum ei dixit. Surge tolle grabatum tuum ꝛc. Per hoc autem ꝙ vnus tantũ sanatus fuit de multitudine languidorum: Signat ꝙ pauci saluantur de multitudine vocatorum. Per lectum autem in quo iacebat languidus signatur praua consuetudo per quam homo iacet in peccato que tollitur per exercitium in opere bono ꝛ ideo subditur. Et sustulit grabatum suũ ꝛ ambulabat per virtutis exercitiũ. propterea persequebantur iudei xpm: opus enim bonum peruertentes in malum: Et adhuc multos habent sequaces nuncios xpi propter opus confessionis ꝛ predicationis molestantes: Jesus ãt respõdit: Pr me⁹ vsqz mõ operatur vbi xps vnitatẽ operatiõis ostendit: ꝛ nature in filio ꝛ in patre: ꝛ hoc satis diffuse. nec occurit mihi mortalitas hic ꝯueniens nisi ꝙ quilibet xpianus qui dei filius est adoptiuus debz vniri sibi per charitatem mentis ꝛ conformitatem operationis. ſm illud ad corinthi. vj. cap. Qui adheret deo: vnus spũs est.

¶ Expositio moralis.

Erat dies festus iudeorum ꝛc. Sequitur. Est aũt Hierosolimis ꝓbatica piscina. scdm doctores catholicos piscina hec sanãs infirmitates inuisibili virtute apparuit ante baptismum xpi: ad significandum virtutem huius baptismi: sicut dixi plenius in expositiõe litterali. Quinqz por

¶ Questio fratris Antonij betontini. Surge tolle grabatum tuum ꝛ ambula. Jo. v. ca.

Super quibus verbis potest queri Utrum emens agrum vel vineam precio quo valeat: sub tali conditione: ꝙ post quinqz annos: siue quandocunqz venditori placuerit: pro eodem precio illum ei restituat. Circa hunc casum

dicendum est: ꝙ si emptor sub emptionis nomine precium agri mutuare intendit et ex illo mutuo fructus annuos agri lucri facere vsura est: licet ab ecclesia scdm Archi. ex hoc condẽnari non possit: sed si hoc non facit in frauden licitus est contractus ẽm eundez. huius quidez emptoris intẽtio tribus signis quãdo dolosa est comprehendi potest. Primum signum est ꝙ precium quod tunc datur respectu valoris rei modicum extimatur Scdõ qñ vltra receptã sũmã: in redditione aliquid soluitur: vt verbi gratia: Res vendita fuit centum florenis. In pacto ponitur ꝙ si vẽditio rescidatur. cxxx. floreni soluentur. Tertium signum est quando solet emptor vsuras exercere: precipue in cõsimili contractu. hec tria signa ab ipo ca. Ad nostram. de emptioine et venditione: et ab illo capitulo: Illo vos. extra de pignoribus. extrahuntur. Quidam etiam addunt. vt Hostien. et Joannes andrea in nouella: quia quando fit contractus venditionis cum pacto de re vendendo infra decennium: ita tamen ꝙ ante quinquennium instrumentum venditionis nequaquam facere teneatur vsurarius est licet in foro iudiciali: vt aliqui dicunt paucioza signa requirantur. ex omnibus istis summarie perstringimus: ꝙ si emptor intentione simplici aliquid emit: Justumqz soluit precium: paratus semper restituere venditori: non est ibi vsura: In foro autem conscientie: standum est in verbis confitentis si puram habuit voluntatem. Quia vt in ca. Cum voluntate. extra de sententia excommunicationis dicitur voluntas et propositum distingunt maleficia. Ad hanc simplicem voluntatem inducit nos dominus dicens: quod Matthei. x. capitulo scriptum est. Estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Que verba quomodo intelligenda sint Hieronymꝰ ad Paulinum sic declarat: Habeto simplicitatez columbe: ne cuiqz machineris dolos: et serpentis astutiam: ne aliorum supplanteris insidijs non multum distat in vitio: vel decipere. s. aliquem emendo vel vendendo: vel decipi posse alteri. s. faciendi vsuram occasionem donando hec verba. xvj. q. j. ca. Si cupis a Gratiano notantur. et. vj. q. j. ca. Et merito. idẽ Eleuteriꝰ papa dicit habebant omnes inquit simplicitatez columbe: ne cuiqz machinetur dolos in emendo. s. et vendendo: vel aliquid aliud faciendo: vt largius loquar et serpentis astutiam: ne aliorum supplantent insidijs: hinc auaro mercatori qui xxxviij. annis in infirmitate iam stetit auaritie dñs ait. Surge tolle grabatum tuum: grabatum dico penultima sillaba producta. i. capitis reclinatorium: p qđ moraliter: et ad nostrum propositum intelligere possumus prauitatem voluntatis: in qua velut in lecto caput eius: mercatoris auari. idest mentis ratio recumbit egrota. Et ambula recta. s. intentione emendo et vendendo.

Sabbato post primã dñicã xl. Euangeliũ secundũ Matth. xvij. c. euãge. istud hẽbit̃ et p scda dñica. xl.

In illo tpe Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum: et Joannemᵃ fratrẽ eius.

¶ Expositio litteralis.

In hac parte euangelista confirmat fideles in ecclesia gentium fundata in fide: ostendens eis gloriam future resurrectionis: et diuiditur in tres: q2 primo ad declarationem future resurrectionis describitur xpi transfiguratio. Secundo subiungitur huiꝰ transfigurationis testificatio: ibi et ecce apparuerunt. Tertio circa hoc ponitur discipulorũ instructio: ibi et descendentibus illis: Circa xpi transfigurationem euangelista notat tria: Cõsortium: locum: et modum: Consortium autem notatur cum dicitur.

a Assumpsit Petrum Jacobum et Joannem Isti enim tres sunt assumpti ad videndum gloriam future resurrectionis: propter prerogatiuam eminentie specialis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis. propter quod principaliter date sunt ei claues ecclesie: vt patet precedenti ca. Joannes autem excellebat in prerogatiua virginitatis: propter quod erat iter alios xpo magis familiaris. Jacobus autem inter alios discipulos: primus sustinuit martyrium pp xpm

vt habetur Actuum.xij.ca. Considerandum tamen ꝙ beatus Ambrosius super Lucam: et Augustinus super epistolam ad gala. videntur dicere ꝙ Jacobus iste qui fuit in transfiguratiōe: fuit ille Jacobus q primo errexit ecclīam hierosolimitanam: et ille non fuit frater ioannis: et filius zebedei: sed filius alphei. Sed dicendum ꝙ cum textus expresse dicat fratrem Joānis: per consequens filium zebedei. Quod Augustinus et Ambrosius non loquunt asserēdo: sed magis opinionē aliorū referēdo: si tamen loquerent assertiue nō eēt curādum de dictis eorum quādo sacra scriptura expsse dicit contrarium sicut hic. vn̄ Augustinus in epistola ad Uincētium donatistā dicēs de doctrina sctōrum: que ē extra scripturā canonicā: hoc genus scripturarum ab illis que canonice nominant distinguēdum ē: non eni ex eis: ita testimoniū pferēdum vt contrariū sentire nō liceat. maxie vbi aliter senserunt q̄ veritas se habeat: nos in illo genere sumus: vt nō dedignemur ēt ab aplō dictum suscipere: Si quid aliud sapitis: deus illud reuelauit. Cōsequēter euāgelista designat locum diēs. a Et duxit illos in montē excelsum: ad designandum ꝙ illi sunt apti ad cōtēplandum celestia: qui eminēt in contēplatiua vita. Subdit autem. b Seorsum: ad denotandum ꝙ contemplatiui debēt eē a tumultu secularium segregati. Cōsequenter describit transfigurationis modū dicens. c Et trāsfiguratus ē: non ꝙ mutauerit lineamēta corporis: vel figuram: sed ppter claritatis vultus eius imensitatem: et hoc est ꝙ subdit. d Et resplenduit facies eius sicut sol. Ad cuius euidētiam considerandum: ꝙ anima xpī a principio creatiōis fuit gloriosa pter apertam visionē: et perfectā fruitionem. verūtamē ex diuina dispositione fiebat vt glīa anime non redundaret ad corpus vt sic corpus eēt passibile et mortale adimplendum precium redemptionis humane: et eodem modo ex diuina ordinatione factum est vt gloria anime redundaret ad corpus in hora trāsfigurationis vt ostenderetur discipulis gloria future resurrectionis: non tantū anime sed corporis: vt sic animarentur ad sequendū xpm in accerbitate passionis ad qd̄ eos inuitauerat in alio euangelio: et sic patet ꝙ claritas illa ī trāsfiguratione fuit claritas glorie quantū ad essentiam: sed non quantum ad modū: quia fuit eiusdē rationis cum illa claritate que est ī corporibus gloriosis: sed nō fuit ibi per modum qualitatis permanentis: sicut est in illis sed per modū passionis transeūtis et ideo illa claritas nō debet dici dos glorie: quia dos de sua ratione importat qualitatem permanentem: et est simile de lumine eleuante aīam pauli ad videndū in raptu diuinam essentiam fuit eiusdem rationis cum lumine eleuante animas beatorū. Uerūtamen quia non fuit in paulo per modum qualitatis permanentis: sed per modum passiōis transeuntis: ideo ex tali eleuatione siue visiōe non fuit paulus beatus: quia beatitudo importat permanentiam. e Et ecce. Hic ponitur trāsfiguratiōis testificatio. et pmo testificatio hūana. scdo diuina: ibi adhuc eo loquente. Prima in duas: quia pmo ponitur testificatio eminentium virorum in veteri testamēto. Scdo eminētium in nouo: ibi respondens aūt Petrus. Dicit ergo pmo: ꝙ Moyses et Helias apparauerunt illis: hoc est ipsis discipulis. f Loquentes cum eo. de quo autē loquerētur. Luc. exprimit. ix. cap. dicens: ꝙ loquebantur cum iesu de excessu quem expleturus erat in hierusalem: q quidem excessus fuit in sua passione in qua sustinuit dolorem excessiuum et ignominiam excessiuam propter amorem excessiuum ad nos. Ratio autem quare Moyses et Helias magis apparauerunt q̄ alij fuit quia Moyses erat legislator et Helias maximus emulator pro honore diuino: sm quod de eo scribitur. iij. Regum: xix. cap. zelo zelatus sum pro domino exercituū: et ideo per testimoniū istorum apparuit ꝙ xps non erat dissolutor legis vt impone bant sibi iudei: sed magis adimpletor: similiter nec blasphemator diuini nominis: vt imponebant ei iudei: quia dicebat se filium dei: sed magis confessor veritatis: Considerandum etiam ꝙ Moyses et Helias non fuerunt ibi sm apparē

Et duxit illos in montem excelsum[a] seorsum[b] et trāsfiguratus est[c] ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol[d] vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce[e] apparuerunt illis Moyses et Helias cum eo loquentes[f]. Re

Respondens autem Petrus[a] dixit ad iesum. Domine bonum ē nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula[b] tibi vnum[c] Moysi vnuz ⁊ Helie vnum. Adhuc eo loquente[d]. Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus[e] in q̄ mihi bñ complacui[f] ipsuz audite. Et audientes discipuli ceciderūt in faciem suam[g]: ⁊ timuerūt valdꝫ. Et accessit iesus[h] et tetigit eos[i]: dixitqꝫ eis. surgite ⁊ nolite timere. Leuantes autez oculos neminem viderunt[k]: nisi solum iesuz. Et descendentibus illis de monte[l]: precepit iesus dicens. Nemini dixeritis visionem donec filius hoīs a mortuis resurgat.

tiam fantasticam: sed scd̄m veritatem: qꝛ Helias fuit adductus ibi de loco quodaz eminēti ad quem fuerat raptus: vt habetur. iiij. Reguz. ij. ca. Et sic apparuit ibi in anima ⁊ corpe. Moyses autem fuit adductus ibi: de limbo sanctoruz patrum: non quia surrexit sed qꝛ anima apparuit ibi ī quodam corpore sibi adaptato: sicut apparent angeli in corporib⁹ assumptis: per h̄ etiam ostenditur ꝙ christus erat dominus vite ⁊ mortis: qꝛ habebat testimonium ab Helia qui erat adhuc viuus: ⁊ a Moyse qui iam fuerat mortuus. a Respondēs autē Petrus. hic ponitur testimonium apostolorum qui fuerunt eminentes in nouo testamēto. Ad cuius euidētiam ꝙ beatitudo essentialiter consistit in aspectu claro ipsius diuinitatis: ⁊ perfecta eius fruitione. Accidentaliter autem consistit in conspectu humanitatis xp̄i ⁊ delectatione consequēte per quam sicut per instrumentum coniunctum diuinitati. Sunt sancti adducti ad gloriaz. Isti autem apostoli qui admissi fuerunt ad videndum transfigurationem xp̄i non viderunt ipsius diuinitatem: sicut Paulus in raptu. Sed tantuz eius humanitatez in forma gloriosa: ⁊ tamen in eius aspectu fuerunt sic delectati: ꝙ voluissent ibi perpetuo manere pp̄ qđ dixit Petrus. Domine bonū ē nos hic eē. b Faciamus hic tria tabernacula. ad manendum hic. s. continue. c Tibi vnum. Non loquitur de tabernaculo faciendo pro se ⁊ socijs suis. qꝛ volebat cum xp̄o esse in suo tabernaculo: ⁊ socij sui cum alijs duob⁹. Lucas autem dicit: ꝙ loquebatur Petrus nesciēs quid diceret. Sicut enim ex magnitudine passionis vt timoris vel amoris aliquis prorūpit in aliqua verba sine premeditatione: ita similiter ex magnitudine deuotionis ⁊ delectatiōis experte dixit Petrus illa verba: que tamen nō erant rationabilia: quia in solo aspectu humanitatis xp̄i non consistit beatitudinis essentia: vt iam dictum est: ⁊ ideo illud non debet sufficere p̄ finali beatitudine. d Adhuc eo loq̄nte. Hic ponitur testificatio diuina: sicut eniz in baptismo xp̄i: in q̄ consistit regeneratio ⁊ principiū vite spiritualis apparuit tota trinitas: fili⁹ in carne: pater in voce: et spiritus sanctus ī colūbe specie: ita similiter conueniens fuit ꝙ appareret in transfiguratione: per quā oñsus est terminus: seu perfectio vite spiritualis: videlicet gloria future resurrectionis: ⁊ ideo sicut fili⁹ apparuit ibi ī carne decorata tamen claritate glorie ⁊ spiritus sanctus in lucida nube per q̄z significata est plenitudo veritatis xp̄i. predicatione propter ꝙ dictum est. ipsum audite: pater autem appauruit in voce dicens. e Hic est filius meus. scilicz naturalis: Alij autem sunt adoptiui. f In q̄ mihi bene complacui. i. in quo diuinum beneplacitum complebitur de redemptione mundi: sequitur. g Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam. Hoc autem factum est ad declarationem humane fragilitatis iuxta excellentiam diuine maiestatis. h Et accessit iesus. ad consolandum eos scilicet. i Et tetigit eos. familiariter ⁊ dulciter eos consolando sequitur. k Leuantes autem oculos suos neminem viderunt ⁊c̄. Quia Moyses ⁊ Helias iam recesserunt: reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerant adducti. l Et descendentibus. Hic ponitur discipulorum instructio de visione prehabita: qꝛ precepit eis iesus ne visionem predictam alijs diuulgarent ante resurrectionem suam ne alij audientes christum eis apparuisse in forma gloriosa: scandelizarentur postea videntes ipsum pati tā ignominiose ⁊c̄.

a Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Dixit hec nō charitate ductꝰ cum illam non haberet: sed timore serui ne in ipsorum consortio eius pena augeretur: qꝛ fuerat eis occasio peccandi: tum ratione diuitiaꝝ quas eis dimiserat ad vsum: tum exemplo male vite qđ eis dederat ad sequendum. b Et ait illi habēt Moysen: qui docuit moralia agendo. c Et ꝓphetas: qui docuerunt mistica ⁊ credenda. Et ista sufficiunt ad salutem Ideo sequitur. d Audiant illos. Ex hoc patet ꝙ iste diues ⁊ amici eius erāt de gente iudeoꝝ: qꝛ gētiles non hēbant doctrinā Moysi ⁊ prophetarum. e Nō pater Abraā sed si quis ex mortuis ⁊c̄. Moti ex nuntio: sic mirabiliter eis apparente. f Si moysen ⁊ prophetas non audiunt ⁊c̄. Hoc patuit per effectum: quia Lazaro resurgenti: ⁊ christo testimonium perhibenti non crediderūt: sꝫ magis interficere eum voluerunt: vt habetur Jo. xij. cap. Similiter nec christo resurgenti: sꝫ magis suaserunt falso ipsum non surrexisse. Et corpus eius a discipulis suis furatum fuisse. vt habetur Matth. vltimo.

vos. nō possint neqꝫ inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum ī domū patris mei[a]. Habeo enī qnqꝫ fratres vt testetꝰ illis: ne ⁊ ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraā[b] habent Moysen ⁊ prophetas[c] audiant illos[d]. At ille dixit: Non pater Abraam[e]: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitētiam agent. Ait autem illi. Si moysen ⁊ prophetas[f] non audiūt neqꝫ si quis ex mortuis resurrexerit credēt.

Expositio moralis

Homo quidam erat diues ⁊c̄. Hoc exposui litteraliter de diuitijs fortune: quia ſm doctores catholicos non ponitur hic parabola: sed narratur res gesta: Nunc autē exponi potest de diuitijs nature ꝓdictis: ⁊ quia cōmuniter est etiam diues in temporalibus ⁊ superbus. Ideo subditur. Qui īduebatur purpura ⁊ bysso ⁊c̄. Ecce pompa vestium: ⁊ epulabatur quotidie splendide per excessum victualiū. Et erat quidam mendicus per quem significatꝰ homo simplex ⁊ ignarus indigens consilio eius. Vlceribus plenus. idest penitens de suis facinoribus qđ significatur per vlcera in quibus putredo erumpit ad exteriora. Cupiens saturari de micis. idest de consilijs sui verbis: que procedunt ex scientia sicut mice de mensa. Et nemo illi dabat: quia talis contemnit pauperes: et eos alloqui dedignatur. Sꝫ ⁊ canes veniebāt ⁊ lingebant vlcera eius. per canes lupos a gregibus arcentes significantur predicatores ⁊ confessores qui debent tales dulciter consolari. Factum ē āt vt moreretur mēdicus ⁊c̄. quia frequenter contigit ꝙ simplices ⁊ ignari saluātur. Et homines astuti ⁊ litterati damnantur Unde Augustinꝰ de Paulo simplice dixit. Simplices ⁊ illitterati rapiunt celum ⁊ nos cum litteris nostris trahimur ad infernum. Pater Abraam miserere mei ⁊c̄. ꝑ hoc significatur ꝙ damnati vellent si fieri posset a beatis adiuuari. Sed hoc impeditur per dei sententiam que dicit. hic magnum chaos impossibile pertransiri firmatum est.

Questio fratris Antonij betontini. Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura ⁊ bysso. ⁊c̄. Luce. xvj. cap.

Et quibus verbis merito queritur. Utrum homo diuitias ⁊ temporalia bona possit appetere sine peccato. Ad qđ Alexan. irrefragabilis doctor in. ij. parte summe. q. clviij. taliter inquit. Qꝛ quicūqꝫ diuitias ac cūcta temporalia bona appetit triplici intentione: ac consideratione potest appetere. Primo intentione vel consideratione necessitatis: quod ⁊ laudatum est exemplo Salomonis qui prouerb. xxx. cap. domino dixit. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: tribue tm̄ victui meo necessaria ne forte saciatus illiciar ad negandum ⁊ dicā: quis est dominus: ⁊ egestate compulsus furer: ⁊ periurem nomen dei mei. Licet quidem sanctus Tho. ait ꝑa ꝑe. q. lxxxiij. arti. vj. Temporalia desiderare: q̄uis non principaliter: vt ī eis finem constituamus: sed sicut quedam adminicula quibus ad tendendum in beatitudinē adiuuamur in quātum. s. per ea vita corporalis su

stentatur: et inquantum nobis ad actus virtutum organice deseruiunt. Ut dicit philosophus .j. ethicorum vnde Augustinus dicit. Ad sufficientiam vite: non indecenter vult quisquis ea cuncta habere etc. Secundo intentione: vel consideratione anxie superfluitatis: quod et malum est. Quia teste Hieronymo ad Demetriadem: Diuitiarum amor insaciabilis est: ex pleri nescit bonorum cupido celerem res habiture finem sine fine querentur. Hec quidem anxietas habendi superflua: non hominem beatum sed calamitosum facit. vnde Seneca ad Lucillum ait. Calamitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser. vnde Dantes cantico .vij. prime Comedie dicit Uirgilium auaritie sic dixisse. Puoi si riuolse ad quella enfiata labra. Et disse tace maledetto lupo. Consuma dentro te colla tua rabia. Tertio intentione: vel consideratione voluptatis: quod et peius est. quia peccato auaritie adduntur peccata gule et luxurie: sicut in diuite epulone conspicitur: qui propter diuitias plen⁹ voluptatibus legitur in verbis istis. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura et bysso: et epulabatur quottidie splendide.

Feria sexta post secundam dominicam quadragesime. Euangelium secundum mattheum .xxj. cap.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis et turbis iudeorum parabolam hanc homo quidam erat paterfamilias[a] qui plantauit vineam[b]: et sepem circumdedit ei[c]. Et fodit in ea torcular[d]: et edificauit in medio eius turrim[e]: et locauit eam agricolis[f]: et peregre profectus est[g]. Cum autem tempus fructuum appropinquasset[h] misit seruos suos[i] ad agricolas[k] vt acciperent fructus eius[l]. Et agricole apprehensis seruis eius[m]: Alium ceciderunt[n]: Alium occiderunt[o]: Alium vero lapidauerunt[p].

Expositio litteralis

Euangelista adducit parabolam: et consequenter ostendit qualiter ipsi impugnauerunt christum legislatorem: et diuiditur in duas: quia primo ad ostendendum propositum proponit quandam parabolam. Secundo confirmat suum propositum per scripturam: ibi dicit illis iesus: nunquid legistis. Circa primum dicit sic. a Homo erat paterfamilias etc. Iste homo deus est rationibus predictus: qui dicitur paterfamilias: quia sic gubernat totam creaturam sicut paterfamilias gubernat subditos in domo. b Qui plantauit vineam: domum .s. israel. secundum quod dicitur Isai .v. ca. Uineam domini exercituum domus israel est. c Et sepem circumdedit ei. scilicet clausuram legis et mandatorum. d Et fodit in ea torcular. dando doctrinam prophetarum in qua exprimitur: et magis declaratur virtus legis. e Et edificauit turrim .s. templum in Jerusalem: quod erat edificatum ad modum turris: vnde templum dicitur turris. Michee .iiij. capi. Et tu turris nebulosa etc. f Et locauit eam agricolis: vz sacerdotibus: et principibus qui habent officium seruandi cultum diuinum: et iustitiam in hominibus. g Et peregre profectus est. non quia mutet locum cum sit vbique presens Sed quia dimittit homines agere secundum libertatem arbitrij. secundum quod dicit Ecclesiastes .xv. cap. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui. h Cum autem tempus fructuum appropinquasset: quia post legem susceptam debebant facere fructum bonorum operum. i Misit seruos suos .i. primos prophetas. k Ad agricolas. id est ad reges et sacerdotes principaliter et ad alios eis subiectos consequenter. l Ut acciperent fructus. per predicationem suam eos ad fructum bonorum operum reducendo. m Et agricole apprehensis seruis: quia reges israel et sacerdotes prophetas sibi missos a domino turpiter comprehenderunt et incarcerauerunt ac occiderunt: et hoc est quod subditur. n Alium ceciderunt sicut isaiam qui serratus fuit cum serra ex precepto manasse regis iuda. o Alium occiderunt: sicut amos quem ozias vecte per tempora transfixit. p Alium lapidauerunt vt zachariam quem Joas rex iuda lapidare iussit inter templum et altare.

a Iterum misit alios servos plures prioribus multiplicando. s. prophetas ad populi correctionem
b Et fecerunt illis similiter eos. s. occidendo intantum quod impleverunt ierusalem sanguine prophetarum usque ad os: ut dicitur. iiij. Regum. xxj. cap.
c Novissime autem misit ad eos filium suum: pro nobis incarnatum dicens.
d Verebuntur forte filium meum. hoc non dicitur quod deus ignoraret contemptum: quam iudei facturi erant christo: sed per hoc exprimitur quid deberet fieri: ac si diceret.
d Verebuntur filium meum. i. in reverentia habere deberent.
e Agricole autem idest sacerdotes et legisperiti.
f Videntes filium. idest dominum iesum christum opera divinitatis facientem: et omnia que predicta erant de ipso adimplentem.
g Dixerunt intra se. hic est heres. quia de ipso veram noticiam habuerunt ut iam dicetur.
h Venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius. propter hoc tractaverunt de morte eius: ne occasione christi venirent romani et auferent eis locum et gentem: ut habetur Joan. xj. cap. Et sic occiderunt eum ut pacifice possiderent civitatem et templum. Contrarium autem accidit eis: quia per hoc in vindictam mortis christi locum et gentem perdiderunt: quia per Titum et Vespasianum destructa est civitas et templum et populus occisus et captivatus.
i Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt: quia christus extra civitatem ierusalem crucifixus est.
k Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis. venit dominus ad iudicandum et vindicandum illud factum quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.
l Aiunt illi malos male perdet etc. Lucas vero ista verba refert. quasi a christo dicta et sacerdotes dixerunt contrarium absit: ut habetur Luc. xx. ca. Dicendum quod non est contradictio: quia in turba illa erant aliqui: qui consentiebant doctrine christi et illi dixerunt. Malos male perdet. ut hic dicit Mattheus. et hanc responsionem quasi approbando tanquam veram christus repetiit: ut dicit Lucas et tunc consequenter sacerdotes videntes quod erat dictum contra eos dixerunt absit. malos autem dominus perdidit quando civitatem et templum per Romanos destruxit. sequitur.

Iterum misit alios servos plures prioribus[a]: et fecerunt illi similiter[b]. Novissime autem misit ad eos filium suum[c] dicens. Verebuntur forte filium meum[d]. Agricole autem[e] videntes filium[f] dixerunt intra se[g]. Hic est heres: venite occidamus eum et habebimus hereditatem eius[h]. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt.[i] Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis[k]. Aiunt illi. Malos male perdet[l]: et vineam suam locabit aliis agricolis[m] qui reddent ei fructum temporibus suis[n]. Dicit illis iesus[o]. Nunquam legistis in scripturis[p]. Lapidem quem reprobaverunt edificantes[q] hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud[r] et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis[s]

m Et vineam suam locabit aliis agricolis. quia christus ecclesiam suam regendam tradidit apostolis et aliis discipulis.
n Qui reddunt ei fructum temporibus suis: quia ad predicationem eorum crediderunt multe gentes.
o Dicit illis iesus. hic confirmat parabolam suam per sacram scripturam.
p Nunquam legistis in scripturis. i. in psalmis: quasi dicat: vos qui estis legisperiti deberetis hoc scire.
q Lapidem quem reprobaverunt edificantes etc. Ad litteram dicitur de edificatione templi Salomonis: quidem lapis pluries oblatus est in edificatione et quia non poterat convenienter collocari. Ideo pluries reiectus est quasi reprobatus ab edificantibus. ultimo autem positus est in consumatione anguli: ubi coniungebantur parietes templi: et de illo scribitur in psal.
r A domino factum est istud. quia illud non fuit a casu sed ex divina preordinatione: quia lapis iste figurabat christum qui multotiens et multipliciter reprobatus est a principibus sacerdotum: et tamen factus est in caput anguli coniungens iudeos et gentiles quasi duos parietes in unam ecclesiam: quod autem christus dicatur lapis: in scriptura habetur Danie. ij. ca. Lapis qui percusserat statuam: factus est mons magnus: et impleuit universam terram: quod etiam sit lapis angularis habetur Isai. xviij. Ecce ego mittam in fundamentis syon lapidem angularem probatum preciosum etc. et ex auctoritate concluditur reprobatio iudeorum.
s Ideo dico vobis: quia christum reprobatis. sequitur.

quia auferetur a vobis regnum dei[a]: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius[b]. Et qui ceciderit super lapidē istū[c] cōfringetur super quē vero ceciderit: conteret eum[d]. Et cum audissent principes sacerdotum[e] ⁊ pharisei parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipsis diceret. ⁊ q̄rentes eum tenere[f]: timuerunt turbas[g]: quoniam sicut prophetam eum habebant.

a Auferetur a vobis regnum dei.i.regimen ecclesie. b Et dabitur genti ⁊c.i.apostolis ⁊ eorum successoribus. c Et qui ceciderit super lapidem ⁊c. Ille autem cadit sup lapidem qui credens peccat per lubricitatem carnis seu aliīs peccatis: ⁊ iste confringetur: sed non cōminuit: q2 nō peccat tam grauiter sicut ille q peccat peccato infidelitatis. d Sup quē vero ceciderit cōteret eum: sup illū vo cadit lapis in quo inuenit peccatum infidelitatis: ⁊ iste conteritur: q2 ex pondere diuini iudicii grauissime punitur. e Et cum audissent principes sacerdotum. Hic ponit conclusio huius capli: vbi ostenditur obstinatio sacerdotū: q2 audientes doctrinam eius nō fuerūt ꝯtriti: sed magis ad occidendum eum incitati.
f Et querentes eum tenere.s.ad occidendum
g Timuerūt turbas: ex quo patet ꝙ solo timore retracti fuerunt ab eius morte.

Questio.

¶ Occasione dictoꝝ in hoc capitulo queritur Utrum iudei cognouerunt iesum nazarenum esse xp̄m sibi promissum: ⁊ arguit p̄mo ꝙ non per illud qđ dicit.j.Corinth.ij. Si eni cognouissent nunq̄ꝫ dñm glorie crucifixissent. Item Act.iij cap. dicit petrus loquens iudeis. Scio fratres ꝙ per ignorantiam fecistis: sicut ⁊ p̄ncipes vestri. Item Luc.xxiij.cap. dicebat iesus in cruce. Pater dimitte illis q2 nesciunt quid faciunt. In contrarium arguitur: per illud qđ habetur Joānis.xv.cap. Nunc aūt viderunt ⁊ oderunt me ⁊ patrem meū: qđ autem videtur manifeste cognoscitur. Itē super illud qđ dcm̄ est in presenti cap. Agricole videntes filiū dixerunt intra se: hic est heres. dicit Hieronym9 Manifeste probat dñs his verbis iudeorum principes non per ignorantiam: sed p inuidiā dei filium crucifixisse. Respondeo dicendū ꝙ populo iudeoꝝ aliqui erant maiores scientes scripturas legis ⁊ prophetaꝝ. Aliqui autē minores sicut laici ⁊ vulgares tm̄ modo scientes illud qđ est de necessitate salutis: vt p̄cepta decalogi ⁊ huiusmodi que debent sciri ab oībus sed subtilitatem scripturaꝝ ⁊ dicta prophetaꝝ ignorantes. Item ꝙ xp̄s erat verus homo ꝓpheta sanctus ⁊ deus in vnitate suppositi. Dicunt ergo aliqui ⁊ bene quātum ad hoc ꝙ minores ppli iudeorum nō cognouerunt iesuꝫ eē xp̄m nec quātū ad diuinitatē: nec quātuꝫ ad humanitatem quia lꝫ cognoscerent deū eē hoīeꝫ veꝝ: tn̄ nō cognoscebant illū eē hominem seu ꝓphaꝫ qui erat a deo ꝓmissus sicut xp̄s: cuius ratio est quia ignorabant scripturas que loquunt de xp̄i diuinitate ⁊ illas que loquunt de determinatiōe tp̄is: ⁊ de signis sui aduent9 sed maiores cognouerunt eum esse veꝝ ꝓphaꝫ a deo ꝓmissum ⁊ missum: q2 sciebāt scripturas loquentes de tp̄e sui aduentus: ⁊ de signis que omnia videbant in eo impleri: nō tn̄ vt isti dicunt cognouerunt ipsum esse deum: ⁊ s̄m hoc loquitur Apostolus in auctoritate preallegata qđ si cognouissent nunq̄ꝫ dñm glorie crucifixissent: quasi diceret nunq̄ꝫ cognouerunt eius diuinitatem: sed hoc non videt conuenient dcm̄ q2 sicut scripture determinate loquuntur de tēpore sui aduentus. Danie.ix.cap. In ebdomadibus illis abbreuiatis. Et de signis sui aduentus sicut est translatio regni: vt habetur Gen. xlix.cap. Et modus eius adueniendi in paupertate ⁊ humilitate: vt habetur Zacha.ix.ca. Ita expresse vel expressius loquunt scripture prophetaꝝ de eius diuinitate. Jeremie.xxiij.cap. Ecce dies veniunt dicit dñs: ⁊ suscitabo v̄bum bonum qđ locutus sum ad domum israel ⁊ iuda: in diebus illis ⁊ germinare faciam Dauid germen iustum ⁊ faciet iudicium ⁊ iusticiam i terram: ⁊ hoc est nomen qđ vocabunt eū dñs iustus noster. In hebraico eni vbi habetur hic dñs ponit nomen dñi tetagramaton qđ nullo modo pōt dici de aliquo nisi de deo vero: cum ergo ista auctoritas s̄m omnes doctores etiaꝫ hebraicos exposita sit de xp̄o: sequit ipsum esse veꝝ deū. Itē Isai.ix.ca.dī. Paruulus natus est nobis: sequit ⁊ fact9 est p̄ncipatus sup humeꝝ

eius ꝛ vocabitur nomē eius admirabilis: cōsi/liarius: deus fortis: pater futuri seculi: pnceps pacis: Que etiam auctoritas itelligitur de xpo ꝛ in ea fit expressa mentio de eius diuinitate sicut de humanitate ꝫm hebraicos. Et multe alie auctoritates cōsimiles possunt ad hoc induci: sed ꝑpter prolixitatem omitto: ꝛ ideo dicendū sicut maiores populi iudeoꝝ habuerunt noti/tiam de tempore ꝛ signis sui aduentus: ita no/titiam per scripturas habuerūt q̄ztum ad ei⁹ diuinitatem. Considerādum tamen ꝙ aliquid cognoscitur in habitu: cuius tñ cognitio actua/lis impeditur ꝑpter aliquā passionē vel habi/tum impedientem sicut dicit philosophus. vij. ethicoꝝ quod incōtinens differt ab intēperato p hoc ꝙ hꝫ extimationem verā non solū in vni uersali quā etiā habet intēperatus vt quod for nicari est malum. Tum nō peccet per ignoran/tiam: sed etiam hꝫ extimationeꝫ veram in par/ticulari. Et p hoc incōtinens differt ab intem/perato. Et tamen adueniente passione corrūpi/tur extimatio vera particularis: qꝛ passione vi cente iudicat nunc fornicandum: ita ꝙ passio i pedit actualem considerationem veraꝫ in par ticulari: ꝛ si passio semp duraret semper sic iu dicaret. Eodē modo dicendum est ꝙ iudei ha buerunt veram extimationem de xpo: ꝛ in ha/bitu ꝛ in actu in principio: sed quando incepit contra eos predicare: excitati fuerunt cōtra eū passionib⁹: ire rancoris: ꝛ inuidie qbus passio/nibus impediebantur ab actuali consideratio/ne veritatis ꝓhabite de xpo. Jdeo machinati sunt in eius morteꝫ: sicut ꝛ incōtinens propter passionem cōcupiscibilis eligit fornicari: quod tamen alias refugeret. Considerādum tamē ꝙ illa notitia quā habuerunt de xpo per scriptu/ras ꝓphetarum: nō erat certa certitudine eui/dentie: tum qꝛ talis certitudo solum habetur p demonstrationē vel sensum: tum qꝛ prophetie possūt aliquando varie exponi: ꝛ ideo erat ma gis notitia probabilis ꝛ verisimilis cōiecture: vel ꝫm alios erat ibi certitudo adherētie que tamen potest impediri in actu modo predicto. Per dicta possunt solui argumenta ad vtrāqꝫ partem: qꝛ illa argumenta que probant ꝙ ha/buerunt notitiaꝫ de xpo: intelligēda sunt de no titia habituali predicto modo. Alie aūt auctori tates que dicūt contrarium loquūtur de actua li cognitiōe applicante ad opus q̄ fuit impedi/ta ꝑpter passionē inuidie ꝛ rancoris vt dcm̄ ē.

Expositio moralis eiusdem euāgelij. Homo erat pater familias qui plantauit vineam ꝛc. Scd̄m sensum allegoricum: homo iste xps est: qui plantauit ecclesiā de suo latere formataꝫ: ꝛ sepem circūdedit ei. i. doctrinam euangelicam ꝛ fodit in ea torcular. i. martirum patientiam qua roborata est ecclesia: ꝛ edificauit turrim. i. contemplationē confessoꝝ ꝛ doctoꝝ: ꝛ locauit eaꝫ agricolis. Raba. Moraliter hec vinea cui/cūqꝫ locatur cum baptismi mysterium sibi daẜ vt bene operando in ea exerceatur: mittiẜ ser/uus vnus alter tertius cum lex ps ꝓpheta legi tur sed missus ceditur eijcitur cum sermo con/temnitur: vel quod peius est blasphemaẜ: here dem v̄o q̄ztum in se est occidit q filium dei cō/culcauerit: ꝛ spiritui gratie contumeliā fecerit perdito malo cultore vinea alteri datur cum donum gratie qd̄ superbus spreuerit: humilis accipit. Et cum audissent principes sacerdo/tum. Crisostomus hec est differentia omnium bonoꝝ ꝛ maloꝝ: Bonus enim cōprehensus in peccato gemit. Malus aūt fremit: non qꝛ pec/cauit: sed qꝛ comprehēsus est in peccato.

Questio fratris antonij betontini. Hic ē he res venite occidamus eum ꝛc. Mat. xxj. cap. Ex qbus verbis merito queritur. Utrū aua/ritia sit cā inuidie ad qd̄ breuiter rn̄detur ex sacroꝝ theologoꝝ snīa qd̄ sic. vn̄ ꝓuerb. xxviij. ca. scribiẜ. vir qui festinat ditari alijs inuidet. ꝛ Greg. vir iustus p hoc qd̄ in terris nihil ap/paret alienis fetibus inuidere nescit. tāto eniꝫ qsqꝫ plus inuidet alijs bona ꝓsentia: q̄zto min⁹ ipe contēpserit ea. ꝛ Alanus de cōplanctu nāe dicit: siqs in torrēte diuitiarū natat: in hūc oēs suarū detractionū aceruos expēdit inuidia: dif ficile. n. imo impossibile ē cū auarus quēpiam aut diuitijs aut alijs reb⁹ in qbus oībus ē inui dia magnū ꝛ potentē viderit ipm̄: illi nō inui/dere. Hinc beatus hieronymus i fine vite bea ti Malchi taliter inqt. Semp virtutes inseq/tur inuidia: feriūtqꝫ summos fulgura montes. Nec mirū si hoc de oībus loquor: cū ꝛ dn̄s no/ster phariseorꝫ zelo sit crucifixus ꝛ oēs sancti emulos habuerint. Sꝫ vt clari⁹ pateat qd̄ aua/ritia sit efficax cā ꝛ q̄si totalis iuidie inducunẜ v̄ ba euāgelij hodierni. h est hēs ꝛc. Jn qb⁹ ver/bis denotaẜ ꝙ agricole qbus locauerat vineaꝫ quā plātauerat. i. iudei qbus dn̄s dederat legē tēporalia dona sicut auari timentes amittere. vn̄ Joānes. xj. ca. Dicebāt qd facimus qꝛ h hō

multa signa facit: si dimittimus eũ sic venient romani ⁊ tollẽt locũ nostrũ ⁊ gentẽ: Et ex h inuidẽtes ipsi dño trucidati pmo pribus ⁊ pphetis: q2 ab eis fruct9 boni opis reqrebãt dixerũt ad inuicẽ. Hic ẽ hẽs iesum ostẽdẽtes. venite occidamus eum ⁊c.

Sabbato post scdaz dominicã quadragesime. Euageliuz sm Lucam. xv. cap.

In illo tpe Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam[a] habuit duos filios[b]: ⁊ dixit adolescẽtior[c] ex illis patri. Pater da mihi portionem substantie que me cõtingit. Et diuisit illis substãtiam[d]. Et nõ post multos dies cõgregatis omnib9 adolescẽtior filius peregre profectus est[e] in regionem longinquam: ⁊ ibi dissipauit substantiam suaz[f] viuendo luxuriose.[g] Et postq̃z oia cõsumasset: facta est fames valida[h] i regione illa: ⁊ ipse cepit egere[i]. Et abijt et adhesit vni ciuiũ regionis illius[k]: et misit illuz in villã suam[l]: vt pasceret porcos[m]. et cupiebat implere ventrẽ suũ[n] de siliqs q̃s porci mãducabãt: ⁊ nemo illi dabat[o]. In se ãt reuersus dixit[p].

Expositio lr̃alis.

Hic describit p euãgelistã peccatoꝝ cõuersio ad iustitiã ⁊ qualiter sunt benigne suscipiẽdi vt patet per parabolam.
a Homo qdã. h ponitur parabola de filio pdigo: p quẽ designat pplš gẽtilis q erat subditus peccatis: vl ẽt qcũqz peccator singularis. Dicit ergo. a Homo qdã. idest ipe deus p nobis humanatus. b habuit duos filios. i. duos populos. s. iudaicũ ⁊ gentilez: vel duos filios. i. iustos ⁊ peccatores: q2 peccatores sunt filij dei inq̃ztum sunt ad eius imaginẽ: lz nõ sint filij dei p gratiã c Et dixit adolescẽtior. i. gẽtilis populus: vñ ⁊ populus iudaicus vocat filius dei pmogenitus israel. vl peccator q dicitur iuuenis moribus: ⁊ ideo dr adolescẽtior filius. d Et diuisit illis substantiã q2 dona dei oĩbus largiunt lz diuersimode.
e Adolescentior filius peregre pfectus est: p multiplicationem peccatoꝝ elongãdo se a deo patre ⁊ a celesti ciuitate. f Et ibi dissipauit substantiã suã: q2 p peccata mortalia tollunt bona gratie: ⁊ peiorant bona nature. g Uiuendo luxuriose. Luxuria spirituali q est ydolatra q̃ztum ad gentilẽ populũ: ⁊ luxuria corporali nõ solum q̃ztum ad gẽtilem sed ẽt q̃ztum ad peccatorẽ informẽ fidẽ habentem.

Expositio litteralis.

h Facta est fames valida: p defectum verbi diuini ⁊ sacre scripture: quia gẽtilibus nõ ẽ data lex vetus: neqz oracula pphetarum: sz illud psal. xlvij. Nõ fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia sua non manifestauit eis. peccatoribus etiã iudeis in tali statu lex ⁊ prophete non valebãt ad salutẽ. ideo subditur. i Et ipse cepit egere: spiritualib9 bonis. k Et adhesit vni ciuium regionis illi9. s. diabolo: qui est ciuis in regione vmbre mortis. l Et misit illum in villam suaz: idest occupauit eum circa cupiditatem mundanam: cuius ville diabolus dicit dominus. Joãnis. xiiij. cap. Uenit pnceps mundi hui9: ⁊ in me non habz quicq̃z. m Ut pasceret porcos. i. vicia que fetida sunt ⁊ immunda. vnde prima Thimo. vj. cap. Radix omnium malorum ẽ cupiditas: quia sicut radix ministrat nutrimentum omnibus arboris ramis: sic abundãtia tẽporaliũz circa quam versatur humana cupiditas administrat materiam ⁊ fomentum omnibus vicijs.
n Et cupiebat implere ventrem suum ⁊c. Quia intentus congregationi temporalium querit in talibus sufficientiam: intendens eam habere per talia: sed non assequitur intentum: quia talia non minuunt cupiditatem: sed magis eam augent: q̃zto enim aliquis plus habet de bonis temporalibus: tanto plus ad habenda maiora anhelat: sz qd dicit beat9 Greg. ⁊ hoc de communi cursu accidere videmus: et ideo bene subditur. o Et nemo illi dabat: quia non assequitur quod intendebat: ⁊ q2 consideratio huius defectus inducit aliquando ad penitentiam: ideo subditur. p In se autem reuersus dixit. Homo enim peccando extra se egreditur: quia limites recte rationis transgreditur ⁊ ideo penitendo ad se reuertitur.

Quanti mercenarij[a] in domo patris mei[b] abundant panibus[c]: ego aut hic fame pereo[d]? Surgam[e] et ibo ad patrē meum[f]: et dicā ei[g]: Pater peccaui in celum et corā te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgēs venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset[h]: vidit illum pater ipsius[i]: et misericordia motus est. Et accurrens cecidit super collū eius et osculatus est eū. Dixitq; ei fili⁹. Pater peccaui in celum et corā te iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos[k] Cito proferte stolā primam[l] et induite illum: et date ānulū in manu eius[m]: et calciamēta in pedibus eius.[n] Et adducite vitulū saginatum[o] et occidite: et manducemus et epulemur[p]: q2 hic fili⁹ meus mortu⁹ erat[q] et reuixit[r] perierat et inuentus est Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro[s]: et cū veniret[t] et appropinquaret domui audiuit simphoniam[v]: et chorū: et vocauit vnum de seruis[x] et interrogauit q̄ hec essent Is q; dixit illi: Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: et nolebat introire[y]. Pater ergo illius egressus ce.

a Quanti mercēnarij.i.seruientes pro mercede eterna. b In domo patris mei.i. in ecclesia seu congregatione iustorū c Abundāt panibus.s.pane sacre scripture p eruditionem et pane eucharistie per sacramēti receptionē.

d Ego autē hic fame pereo: q2 si ad populū gentilē referat hoc dictū patet q2 ei talia n̄ administrātur: si autem ad catholicum peccatorem: patet q2 talia non proficiunt hōi q̄ diu manet in mortali peccato.

e Surgam.p infidelitatis vel peccati derelictionē. f Et ibo ad prē meū.per vite meliorationem.

g Et dicā ei.pater et c̄. per veram fidei cōfessionem quātum ad pplm gentilem: s̄m illō ad roma.x.c. Corde credit ad iustitiam: ore autē confessio fit ad salutē quātum ad catholicum peccatorē p integram peccatorum cōtritiōem et puram ↄfessionem. h Cum aūt adhuc lō ge esset.i.motus ad penitendū: non t̄n pfecte contritus ad quā requirit gratia diuina preueniens: ideo subditur. i vidit illum pater ipsius.oculo clementie sequit. k Dicit autem pater ad seruos suos.idest ad apostolos et ecclesie ministros qbus precepit predicare non solum iudeis: sed etiam gentilibus et etiam nō solum iustis sed etiam peccatoribus.

l Cito proferte stolam pmā.i.pferendā īnocentiam et restituendam nunciate vere cōuersis et penitentibus. m Et date ānulum ī manu eius.i.predicate dandum ānulum fidei per charitatem operantis. n Et calciamenta i pedibus.i.sanctorū precedētiū exēpla: q2 calciamenta fiūt de pellib⁹ aialiū mortuorū. o Et adducite vitulū saginatū.i.sacrm eucharistie fidelib⁹ admīstrate: in quo ımolat xp̄s q̄ est vitulus saginatus ppt grē pinguedinē. p Et mā ducemus: q2 in primitiua ecclia non solū mīstri ecclie sumebāt h̄ sacrm: sed etiā tot⁹ ppl's q̄tidie: vt h̄r Act. ij.ca. Et adhuc semel in āno qlibet xpian⁹ tenet refici h̄ sacro: reficit ēt q̄tidie: q2 sacerdotes nō solū sumūt h̄ sacrm p se s̄z ēt p pplo. q Q2 fili⁹ me⁹ hic mortuus erat.morte culpe. r Et reuixit.vita grē. s Erat aūt filius ei⁹ senior in agro: q2 iudaicus ppl's in cultu vni⁹ dei occupatus. t Et cū veniret et appropinq̄ret domui.s.ecclesie. v Audiuit simphoniā et chorū: q2 cū spūs sanct⁹ descēdiss̄ sup aplo's aliosq; discipl'os ī die pētecostes ceperūt laudare deū varijs liguis: vt h̄r Act.ij.c. Et tūc iudei q̄ erāt ī ierl'm audiētes voces eorū admirati sunt et icepūt q̄rere vñ eēt tāta grā et exultatio: iō s̄bdit. x Et vocauit vnū de s̄uis: et ītrogauit q̄ h̄ eēnt: q2 petr⁹ p alijs rn̄dit ostēdēs q2 erat ex dono spūs sci qd ,iustificat veniētes ad fidē catholicā siue sint iudei siue sint gētiles: vñ et filiis grā spūs sci data fuit gētilib⁹ credētib⁹ sic et discipulis xp̄i ī die pētecostes data fuerat: vt h̄r Act.x.ca.de Cornelio et alijs gētilib⁹ q erāt cū eo. y Et īdignat⁹ nolebat ītroire q2 iudei etiā ad fidē ↄuersi fuerāt admirati q2 gētiles q̄s pus despexerāt eq̄rent eis ī grā dei vt h̄r Act.x.ca.vñ cū petrus redijsset ierl'm illi i

pit rogare[a] eum. At ille reſpondens dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi[b]: ⁊ mandatum tuum nunq̃ꝫ preteriui[c]: ⁊ nūq̃ꝫ dediſti mihi hedum[d] vt cū amicis meis epularer: ſꝫ poſtq̃ꝫ filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuaꝫ cū meretricibus venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili tu ſemper mecum es[e]: ⁊ omnia mea tua ſunt[f]. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus mortuuſ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus eſt.

qui erāt ꝯuerſi ad fidē catholicaꝫ de iudaiſmo diſceptabant aduerſus illum eo qđ cōmunicauerat cū illis vt habeť Actuū.xj.ca. a Pater ꝫ illius egreſſus cepit rogare: qꝛ deus ꝑ apoſtolos ⁊ ꝑ Paulū ſpecialiter oſtēdit rōnabiliter ⁊ ꝑ ſcripturaſ. quod erāt gētiles non contēnēdi ſꝫ gaudēter ad cōiōneꝫ fideliū recipiēdi. b Ecce tot annis ſeruio tibi. ſub lege Moyſi. c Et nunq̃ꝫ mādatum tuū preteriui. ſcilicet mādatum de cultu vniꝯ dei: lꝫ enim multi de iudeis fuerunt idolatre: tamē aliqui ſemꝑ remāſerunt in fide ⁊ cultu vnius dei ⁊ illi poſſunt dici populus iudaicus: ſicut ⁊ frequēter ps noīatur noīe totiꝯ. d Et nūq̃ꝫ dediſti mihi hedū: qꝛ toto tꝑe legiſ moſayce nunq̃ꝫ tantū bñficium datū fuit populo iudaico q̃ꝫtum datū eſt tēpore euāgelij gētili populo ad fidē ꝯuerſo: Ideo omnia bñficia illius tꝑis modica ſunt ⁊ quaſi nulliꝯ reputationis reſpectu bñficioꝝ noue legis. e Fili tu ſemꝑ mecum es: qꝛ ſemꝑ aliq̄ de iudeis adheſerūt deo ꝑ fidem. Et multi ex eo receperunt fidem catholicam q̄ ſunt participes bñficioꝝ noue legis. Ideo ſubdiť. f Et oīa mea tua ſūt: Cetera patēt ex ꝑdictis. Si aūt referatur iſta parabola ad iuſtum ⁊ peccatorē reuertentē: ſic filius ſenior exiſtēs in agro eſt hō a iuuētute in opibus virtuoſis exercitatus. Iunior aūt filius eſt peccator penitēs: q̄ diu male vixit: ⁊ aliquādo datur ſibi a deo maior gratia ⁊ ꝑ ꝯſequens maior gloria q̃ꝫ illi qui bñ vixit a iuuētute: ſicut pꝫ de ſancto Bonifacio martyre nō pontifice: q̄ in iuuētute in ſtupro penituit: ⁊ paſſus ē ſub Dyocletiano: cuius feſtū colit eccl'ia romana ſecūdo idus maij de quo iuſti aliquādo admiranť: que quidem admiratio pōt dici q̄dam indignatio ī q̃ꝫtum talis nō videť dignus tāto bono: ſed deus pater pacificat hanc indignationē quando oſtēdit ꝑ eruditionē vel inſpirationem qđ hoc non prouenit ex parte peccatoriſ penitētis: ſed ex infinita bonitate dei conferentis ſm ſua vera iudicia facultatē humanaꝫ omnino tranſcēdentia. Et ad hanc intentionem poteſt de facili littera applicari.

Expoſitio moralis.

Homo q̄daꝫ habuit duos filios. homo ille xp̄s eſt eius autē filij ſunt omnes chriſtiani per eiꝯ baptiſmum regenerati: quorum tamē aliq̄ ſunt iuſti ⁊ aliqui peccatores: Et dixit adoleſcētior: per queꝫ ſignificatur quilibꝫ peccator qꝛ iuuenis eſt moribus. Pať da mihi portionem ſubſtantie ꝑ hoc ſignificatur q̄ peccator recedit a dei patris lege: vt agat ꝓ libito volūtatis ſue. Et diuiſit illis ſubſtantiam: qꝛ deus ꝑmittit quēlibet agere ſꝫ arbitrij libertatem. Adoleſcentior filius peregre ꝓfectus eſt: ꝑ multiplicationē peccati elongans ſe a patria celeſti. Ideo ſubdiť. Et ibi diſſipauit ſubſtātiam ſuam. ſ. bona gratuita ꝑdēdo ⁊ naturalia peiorādo: ⁊ poſtq̃ꝫ conſumaſſet oīa facta eſt fames valida in regione illa: Nam in regione peccati fit magnus defectus pabuli diuini. Et cepit egere: Nā exiſtēs in peccato mortali fit egens omni bono ſpirituali. Et adheſit vni ciuiū regionis illius. i. diabolo q̄ ciuis ē in regione vmbre mortis. Et miſit illū in villā ſuam. i. in peccatoꝝ ſocietateꝫ in qua dominatur ſicut in ꝓpria villa. Ut paſceret porcos. i. immundicie peccata. ⁊ cupiebat implere ventrē de cibo porcoruꝫ: q̄ eſt carnalitas: ⁊ nemo illi dabat: qꝛ nullus vtens rōne concedit carnaliter viuere. In ſe aūt reuerſus. i. ad ꝓpriam conſciētiam ꝑ rōnis dictamē a qua receſſerat ſequendo ſenſualitatem: dixit. Quanti mercēnarij. i. deo ſeruientes: abūdant panibꝯ: verbi diuini ⁊ euchariſtie ſacramēti. Ego aūt hic fame pereo: ꝑuatꝯ omni bono. Surgam de luto culpe: ⁊ ibo ad patrem ꝑ conatum operādi bene ⁊ dicam ei. Pater peccaui: recognoſcendo culpam ⁊ petendo veniam. Cum aūt adhuc longe eēt attritus et nō ꝑfecte ꝯtritus ad qđ requiritur gratia dei ꝑueniēs ideo ſubditur. Vidit illū pater ipſiꝯ oculo clementie: ⁊ accurrens cecidit ſuꝑ colluꝫ eiꝯ ⁊ oſculatꝯ ē eū in ſignū recōciliationis ꝑfecte.

q dixit ad seruos suos .i. ecclesie ministros q/bus xps precepit benigne recipe penitentes et confitentes. Cito pferte stolam pmam admini strando sibi ecclesie sacramenta vt sic prius spi ritualiter adornetur. et adducite vitulum sagi/natu3 idest eucha ristie sacramentū christum continēs imolatum. Et epu lemur: quia pecca tor vere penitens de peccatis ad mē sam christi recipi tur cum aliis chri stianis. Erat autē filius eius senior in agro: per quem significat christianus perseuerans in iustitia remisse ta/men operando: et talis aliquando miratur q deus magis respicit peccatorem conuersum: dando ei virtutem fortius operandi sicut de/dit sancto Bonifacio martyri: et talis admira/tio indignatio dici potest large loquēdo: quia parabola que est quedam similitudo non sem/per currit omnimodo. Pater autem amouet hanc admirationem seu indignationem quan do deus per se vel per alium ostendit iusto: qd quicquid operatur iuste fit. l3 hominibus ali/quando videatur aliter.

Questio fratris Antonii betontini. Fili tu semp mecū es: et oīa mea tua sunt. Luce .xv. cap. ¶ Super quibus merito est dubitandū. Quo/modo iustus frater receptioni alterius fratris peccatoris inuideat. Hoc etenim mouit Dama/sum papam qui beato hieronymo ait. Si autē vt ais de iusto et peccatore voluerimus esse pa/rabolam: iusto non poterit conuenire vt de sa/lute alterius et fratris maxime cōtristetur. Si enim inuidia diaboli more introiuit in orbem terrarum: et imitantur eum qui sunt ex parte eius: nunq3 persone iusti tam innanis inuidia poterit coaptari vt foris steterit et clementissi/mo patri rigidus obstiterit: solusq3 liuore cru/ciatus letitie domus interesse noluerit. Cui be atus hieronymus respondit dicens. Uideamus quomodo super sancto generaliter et peccatore parabola ista possit intelligi et de ceteris: quin iusto cōueniat non ambigimus. Illud est in quo legentis scrupulus commouetur: Cum iustus sa/luti peccatoris inuideat: et intantum iracundia repleatur: vt nec fratris misericordia: nec pa/

Dñica tertia .xl. epla pauli ad ephesios .v. ca.

Fratres estote imi/tatores dei sicut filii charissimi[a]: et ambulate in dilectio/ne[b]. Sicut et christus di lexit nos[c]: et tradidit se metipsum pro nobis[d] oblationem et hostiam

tris precibus: nec totius domus iocūditatis fu peretur. Ad quod breuiter respondemus. om/nem istius mundi iniustitiam ad dei compara tionem non esse iustitiam. Quomodo enim ex peccatis ierusalem: sodoma iustificatur: nō quo ipsa sit iusta: sed q maioribus delictis fiant minora deli/cta: ita et hominū vniuersa iustitia nō est deo collata iu/stitia. Deniq3 pau lus q dixerat quot quot ergo perfe/cti hoc sapiamus: in alio loco confitetur et clamitat. O profundū diuitiarum sapientie et scientie dei: q3 inscruta bilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius: et alibi: Ex parte cognoscimus: et ex parte pphe tamus et nunc per speculum videmus in enig/mate. Et ad romanos: miser ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius. Ex quibus omnibus edocemur dei solius perfectam eē iu stitiam: qui solem suum oriri facit: super iustos et iniustos: dat pluuiam serotinam et matutinā merentibus pariter et non merentibus qui de vicis angulis et plateis inuitat ad nuptias. Et deintus quosdam iam quasi securos expellit fo ras. Et ouem que ad exemplum filii penitentis ipa redire non poterat: vel nolebat: querit et in uenit: et inuentum suis humeris reportat: mul/tum enim errando laborauerat. Ut autem do/ceamur in sanctos quoq3 cadere posse inuidiā et soli deo puram clementiā3 derelinqui. Filio/rum zebedei consideremus exemplum p qui/bus cū mater mota pietatis affectu nimis gran dia postulasset reliqui decem indignati sunt.

Expositio litteralis.

Apostolus paulus in hac lectione huius epistole istruit ephesios in bonis mo/ribus exēplo. et primo proponit exēplū imitabile dicēs. a Estote imitatores dei sicut filii karissimi q̄si dicat alr essetis filii degeneres et p cōns a deo reprobādi. b Et ambulate: h̄ cōn ter iducit ipos ad imitādū xpm q ē exēplar ve rum: et pmo in feruore charitatis: Scđo in de/core sc̄itatis ibi fornicatio. Circa pmū dicit. b Ambulate ī dilectōe. pcedēdo p bōa opa ad augmētū charitatis. c Sic et xps dilexit nos: li sicn ī iportat eq̄litatē s3 q̄dā cōformitatē. d Et

tradidit semetipsum pro nobis: quasi dicat ita debemus in necessitate ꝓ salute fratrū animas ponere. a Oblationem ꝛ hostiam deo. in cruce. b In odorem suauitatis: fuit enim illa oblatio deo acceptissima quia ꝓcessit ex maxima charitate.

c. Fornicatio: hic consequenter iducit ad imitandum christi mundiciā: Secundo circa hoc remouet errorem ibi: nemo vos seducat. Circa primum dicit. Fornicatio autem que est concubitus soluti cum soluta. d Et ois immunditia: vt per hoc includantur omnia ad vicium luxurie pertinētia e Aut auaritia i. imoderata concupiscentia pecunie: vnde dicitur auarus quasi eris auidus.

deo[a] in odorem suauitatis[b]. Fornicatio[c] autem ꝛ omnis imūditia[d]: aut auaritia[e]: nec nominetur in vobis[f] sicut decet sāctos[g]: aut turpitudo[h]. aut stultiloquium[i]: aut scurilitas[k] que ad rē nō ptinet[l]: sed magis gratiarum actio[m]. Hoc aūt scitote intelligētes[n]: q2 omnis fornicator aut immundus: aut auarus: qđ est ydoloꝝ[o] seruitus

f. Nec nominetur in vobis. i. sic a talibus sitis elongati ꝙ non possitis in aliquo notari.
g Sicut decet sanctos. i. christianos qui dicūtur sancti quasi sanguine tincti quia christi sanguine redempti. h Aut turpitudo. in dicto luto gestu. i Aut stultiloquium. in turpi affatu. k Aut scurilitas: idest iocularitas. l Que ad rem nōn pertinet. i. nihil valet: sed magis nocet: si enim dicatur verbum iocosum ꝓpter causam aliquam recreationis honestam: non nocet sed magis valet ad recreationem spirituū: vnde ꝛ iiij. ethico. Circa hoc ponitur a philosopho quedam virtus que dicitur Eutropolia: qua aliquis scit conuertere dicta vel facta ad solatium honestum. m Sed magis gratiarū actio: deo ꝛ hominibus de beneficijs acceptis. Consequenter predictorum viciorū ponit apostolus causam dicens. n Hoc enim scitote intelligētes. ꝛ patet littera: hoc excepto scilicet. o Aut auarus qđ est ydolorum. non proprie sed similitudinarie quia de censu facit deum suum ipsum ceteris preponendo. p Nemo. hic consequenter remouet errorem: dixerunt enim aliqui ꝙ prouidentia non se extendat ad actus humanos: in quorum persona dicitur iob. xxij. cap. Circa cardines celi perābulat nec nostra considerat: ꝛ per consequens nō punit facta hominum nec remunerat: hunc errorem remouet dicens. p Nemo vos seducat inanibus verbis: dicere enim ꝙ prouidētia dei nō se extēdat ad actus humanos est multum inane: quia se queretur: ꝓpter multa ignorare q̄ scimus nos: quod est inconueniēs sicut arguit phūs primo de anima: contra Empedoclem. q Propter hec enim: quia aliqui credebant deum facta hominum nō punire nec remunerare. r Venit ira dei. i. eius vindicta.

non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis[p]: propter hec enim[q] venit ira dei[r] in filios diffidētie[s]. nolite ergo effici ꝑticipes eoꝝ[t]. Eratis enim aliqñ tenebre[v] nunc autem lux[x] in domino[x] vt filij lucis ambulate[y]. fructus enim lucis[z] est in omni bonitate[ꝛ] ꝛ iustitia[ꝯ] ꝛ veritate[ꝫ].

s In filios diffidentie: idest super illos qui diffidebant de diuina remuneratione vt dictū est: ꝛ tales videntur fuisse illi qui perierunt in diluuio. t Nolite ergo effici participes eorū in culpa ne sitis socij in pena.
v Eratis enim aliquando tenebre: idest inuoluti ignorantia tempore gentilitatis: ꝛ dicit tenebras in abstracto ad designandum magnitudinem erroris sicut de homine multum largo dicitur quod est ipsa largitas. quasi dicat apostolus non est mirum: si tunc eratis inuoluti enormibus peccatis.
x Nunc autem: idest post conuersionem vestram ad christum estis.
x Lux in domino. per claritatem gratie ꝛ notitie: ideo concludit.
y Ut filij lucis ambulate: procedendo de virtute in virtutem.
z Fructus enim lucis: id est eius opus.
ꝛ Est in omni bonitate: quo ad seipsum.
ꝯ Et iustitia. quo ad proximum.
ꝫ Et veritate: quoad deum: fideliter ei seruiendo.

Sequitur questio.

Questio fratris Antonij betontini sup epistolam beati pauli ad ephesios. Ambulate ī dilectione: sicut ⁊ xp̄s dilexit nos ⁊c̄. Pauli apostoli ad ephe. v. cap.

In quibus verbis queritur. Qd vitiū qd ve peccatum huic dilectioni magis resistere videatur. Ad qd breuiter respondetur: secundum doctrinā sancti Thome scd̄a secunde. q. lxxiij. ar. iij. Et doctorē nr̄z durāduz pte tertia primi li. disti. prima. q. vij. Qd peccata que committuntur in proximum pensanda sunt secundum nocumenta que proximo inferuntur. Qz ex hoc habent rationem culpe. Tanto enim nocumento grauius est: quanto maius bonum ex eo demitur. Bonum autem hominis triplex ē Anime. s. corporis. et exteriorum rerum. Bonum anime qd est maximuz nisi occasionaliter ter ab aliquo tolli non potest. Puta malam persuasionem: que necessitatem non videtur īferre: sed alia duo bona possunt. s. corporis et rez exteriorum violenter auferri. Sed qz ab alio bonum corporis bono rerum exteriorum preeminet grauiora peccata sunt. quibus infertur nocumentum corpori q̃z ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus: vnde inter cetera peccata que cōmittuntur in proximum homicidium grauius est per qd vita proximi tollitur: que actu existit: consequenter autem adulterium: q̄ est ꝯ debitum ordinem generatiōis humane per quā est introitus ad vitaz. Consequenter autem sunt exteriora bona inter que fama preeminet diuicijs eo q̄ propinqor est spiritualibus bonis. vnde prouerb. xxij. ca. scribit Melius ē nomē bonū q̃z diuitie multe: Hec autem fama: per detractionem proprie denigratur: vnde detractio secundum genus suum. furto ⁊ alijs peccatis que erga res exteriores cōmittuntur grauior est. Quadere. vj. q. j. cap. Deteriores habetur. Deteriores sūt qui doctorum vel bonorum: vt in ca. Ex merito ponitur vitam moresqz corrumpunt his qui substantias aliorū prediaqz dirripiūt: Ipsi enī ea que extra nos sunt: licet nostra sint auferunt nostri q̃z detractores ⁊ nostrorum corruptores morum siue qui aduersus nos armantur proprie nosipsos decipiunt. Et ideo iuste in fames sunt: ⁊ merito ab ecclesia exteriores fiūt. ⁊ in ca. Summa dicitur. sūma: iniquitas est fratres detrahere ⁊ accusare. vnde scriptum est: omnis qui detrahit fri suo homicida est ⁊ omnis homicida nō habet partez in regno xp̄i ⁊ dei.

Dn̄ica tertia quadragesime. Euangeliuz secundum Lucaz. xj. ca.

In illo tēpore. Erat iesus eijciens[a] demonium: ⁊ illud erat mutum. Et cū eiecisset demonium loqutus est mutus: ⁊ admirate sūt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt in belzebub principe demoniorūz[b] eijcit demonia. Et alij tentā-

Expositio litteralis.

a Erat iesus eijciens. Hic describitur confutatio emulorum de praua affectione facta christi peruese deprauandoꝝ. Et p̄mo describitur eorum emulatio. Secundo eorum confutatio: ibi. Ipse autem vt vidit. Circa primum sciendum q̄ homines emulantes ⁊ pharisei adducunt hominem mutum demonium habentem dicitur autem demonium mutum non formaliter sed effectiue tantum: Ad cuius intellectum considerānduz q̄ natura corporalis obedit spirituali ad motum localez: voces autem significatiue formantur per motum lingue ⁊ labiorum ⁊ aliorum instrumentorum naturaliuz: ⁊ ideo qz demon pro voluntate sua potest ista localiter mouere: potest per linguaz hominis diuersa formare verba. Et sic areptitij aliquando loquuntur ydioma eis ignotum sicut purus laicus latinum: ⁊ hoc est manifestū signum q̄ sic loquens sit demoniacus: qz talis loqutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu. ⁊ ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale ydioma ignorantis: sequitur q̄ procedat ab intellectu angeli vel demonis linguā sic mouentis: ⁊ sicut demon potest mouere linguam ad loquendum ydioma incognitum ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquendum ydioma cognitum ⁊ sic reddit hominem mutum. Et admirate sunt turbe: qz admiratio consurgit ex inspectione rei insolite q̄ fuit in proposito. b Quidam autez ex eis dicebant in belzebub principe demoniorum. Circa quod sciendum q̄ odium ⁊ inuidia faciunt.

interpretari facta in deteriorem partem et per
uerti iudicia: pharisei autem odiebant christũ
qa acriter arguebat eorum vitia: vt patet per
euangelij decursum: et ideo miraculis a christo
factis virtute diuina dupliciter detrahebant
vno modo illa eē
acta arte magica
et eodem modo eie
ctionem demonũ
factam per christũ
dicebant fieri vir
tute cuiusdam su/
perioris demōis
cui inferiores obe
diebant ad nutum
de corporibus ex
eundo: sicut enim
in angelis sunt or
dines qm̃ alij sũt
alijs supiores sic i
demonibus cum in eis remanserint naturalia
integra ſm Dionysium. Dicebant enim phari
sei q christus habebat aliquem demonem su/
periorem quem vocabant beelzebub sibi familia
rem et priuatum et sic demones inferiores de
corporibus obsessis eijciebat per illum. Sed istud
rationabiliter reprobatur a christo in hac le/
ctione euangelica: hec etiã omnia patent Ma
thei. ix. et. xij. ca. Alio modo detrahebant mira
culis christi reputando illa parua eo q erant
circa iferiora cōiter: vtpote circa sanitates cor
porum et huiusmodi: et ideo querebant ab eo si/
gna fieri circa corpora celestia: sicut tempore
Josue sol stetit immobilis ad spaciũ vni9 diei:
vt hētur Josue. x. ca. Et tpe ezechie retrocessit
sol decē gradibus vt hētur Jsai. xxxviij. Et hoc
notat cũ dr. Et alij tētātes. a Ipse aũt vt vi/
dit: Hic ꝯsequēter describit ꝯfutatio malignã
tiũ pdictoꝝ et pmo illoꝝ q opa xpi demoni at/
tribuebãt et diuidit in duas: qr pmo confutant
vbo xpi eoꝝ malitiã arguētis: scdo vbo mulie/
ris deuote virtutē xpi cōfitētis: ibi. Factũ ē aũt
Sententia aũt pme ptis hec ē. Quidam. s. phari
sei audiētes turbas. s. cōfitētes ipsum eē xpm p
pter euidentiam facti. Dixerũt: hic non eijcit
demōes nisi in beelzebub pncipe demoniorũ:
qr eni factũ mirabile negare nō poterãt: iō mo
dũ faciēdi calũniabant dicētes ipm p aliquem
demonē supiorē sibi familiarē et puatum eijcere
demones inferiores de corpibus obsessorũ si/

tes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit[a] cogitationes eorũ dixit eis. Omne regnum in seipsum[b] diuisum dissolabitur: et domus supra domum cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnum ipsius quia dicitis in belzebub eijcere me demonia? Si autē ego in belzebub eijcio demonia fili vestri[c] in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt[d]. Porro si in digito dei eijcio demōia[e] pfecto peruenit in vos regnum

cut supra dictũ ē. Ipse aũt vt vidit cogitatiōes
dixit eis. Hic ponit calũnie ꝯfutatio oñdēs q
miracula q faciebat nō poterãt attribui spiri/
tui maligno. Et diuidit in duas: qr pmo oñdit
ppositũ p rōnē: scdo istoꝝ calũniantiũ excecatō
nē: ibi. Cũ aũt imũ
dus. Primũ oñdit
qttuor rōnib9 Pri
ma rō talis ē: qr si
p demonē aliqu
eijciebat alios seq
tur q diuisio erat
iter eos: et sic non
posset stare diu po
testas diaboli: et ex
h sequit aduētus
xpi p quē ptãs de
monis erat aufe/
rēda: et hoc ē q dr
b Oē regnũ in se
ipm et c. p3 lra. Scda rō ponit ibi. i. si aũt ego in
beelzebub eijcio demōia: qr nō solũ xps eijcie/
bat demones: s3 ēt discipli xpi in noīe ei9: et nō
solũ modo discipuli: s3 ēt aliq iudei qui nō erãt
xpi discipuli scdm q dr Marci. ix. ca. Vidim9
quēdã in noīe tuo eijciētē demonia q nō sequit
nos. Nō poterãt aũt iudei dicē q apli facerent
miracula vtute magica cũ eēnt simplices et il/
litterati. Et si dicētur de aplis q xps docuit eos
artē magicã: tñ nō poterat dici d eis q nō erãt
eius discipli. Cũ ergo eijcerēt demones in no/
mine xpi vt dictũ ē: nec poterat h attribui spũi
maligno vt visum ē: Silr nec p ꝯns eiectio de/
monũ facta p xpm et h ē q dr. c Si aũt ego
i beelzebub eijcio demonia filij vestri. i. apli q
erãt de semine iudeoꝝ vel alij iudei q nō seque
bant xpm in quo eijciũt. q. d. Cũ nō possitis hec
attribuere nisi vtuti diuine p ꝯns nec eiectio fa
cta p me vt p3 ex dictis. d Ideo ipi iudices
vři erũt: de aplis p3 q erũt iudices. i. assessores
xpi in iudicio: vt hētur Matthei. xix. cap. Cum
venerit filius hoīs in sede maiestatis sue sede/
bitis et vos sup sedes duodeci iudicãtes duode
cim tribus isrl. Si aũt accipit p iudeis non se/
quētibus xpm q tñ eijciebãt demones in noīe
eius: sic dicunt iudices alioꝝ nō credētiũ quia
ex facto eoꝝ. Alij oñdētur cōdēnabiles: qr non
crediderunt in xpm cuius deitas declarata fu
it p miracula in virtute eius facta. e Porro
si in digito dei eijcio demonia: sicut conclusim

deiª. Cũ fortis armatꝰ custodit atrium suũ in pace sunt omnia que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum[b]: vniuersa arma eius[c] aufert in quibus confidebat: et spolia eius distribuet: qui non est mecuꝫ[d]: aduersuꝫ me est:[e] ⁊ qui nõ colligit mecum[f] dispargit[g]. Cum in mundus[h] spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida[i] ⁊ inaquosa q̃rens requiem ⁊ non inueniens[k] dicit Reuertar in domum meam[l] vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam vacã tem[m] scopis mundataꝫ ⁊ ornatam: ⁊ tunc vadit ⁊ assumit[n] secum septem alios spiritus nequiores se ⁊ ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius

ẽ ex predictis. a Profecto prouenit in vos regnũ dei.i. xp̃s cuius regnũ erat a deo ꝓmissum Isai.ix. Et regni eius nõ erit finis ⁊ istud regnũ expectabãt iudei: tñ in hoc erãt decepti qꝛ credebãt istud regnũ tp̃ale: quẽ errorem excludit xp̃s dicens ioannis.xviij ca. Regnum meum nõ est de hoc mũdo. Hic ponit̃ tertia ratio ostẽdens xp̃m non virtute demonis eijcere demonia cum dicitur. Cum fortis armatus.i. diabolus custodit atriũ suum.i. hominem peccatorem ĩ quo habitat vt in domo. In pace sunt omnia qꝛ non est potestas maior super terram vt scribitur Job.xlj.ca. Non est potestas super terrã que ei comparetur. Atrium autem eius est homo obsessus in quo habitat sicut in domo.
b Si autem fortior illo superueniens vicerit eum vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat ⁊ spolia eius distribuet. c Uniuersa arma eius.s. diaboli sunt peccatores qui a xp̃o dirripiuntur quando de potestate demonis ꝑ ipsum eripiuntur. Ex quo concluditur ꝙ ipse sit vere xp̃s: qꝛ in aduentu xp̃i potestas demonis erat diminuenda ⁊ arcenda. Quartam rationem ponit ibi. d Qui non est mecum: ⁊ talis est voluntas eius qui obedit alicui ⁊ ẽ cõformis voluntatis illius cui obedit saltem in facto: ⁊ iõ si xp̃s in virtute demonis faceret miracula sequeretur ꝙ xp̃s ⁊ demon essent concordes in factis. Hoc autem patet falsum: qꝛ facta xp̃i ⁊ doctrina erant ad retrahendũ homines a peccatis. Facta auteꝫ demonis sunt ad distrahendum hoĩes per peccatum. Ex quo sequitur ꝙ xp̃s homo non operabat̃ in virtute demõis ⁊ hoc est qd̃ dicit. Qui non est mecum.s. ꝑ concordiam in facto ⁊ voluntate. e Aduersum me est: ⁊ huiusmodi est diabolus vt patet ex dictis. f Et qui non colligit mecum.s. fideles ad vnitatem fidei reducendo. g Dispargit hic est diabolus qui diuersas sectas ⁊ hereses e scismata quantum potest introducit. h Cũ autem immundus: hic ponitur eorum excecatio ⁊ possessio a diabolo: Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ potestas diaboli fuit eiecta quodã modo a populo iudaico ꝑ legis dationem que excludebat cultum demonum ⁊ inducebat ad colendum vnum deum veꝝ: ⁊ sic eiectus transijt ad possidendũ plenius gentiles sine lege ⁊ ꝓphetarũ oraculis viuẽtes: ⁊ ideo eos tenebat ĩ ydolatria subiectos: sed adueniente xp̃i predicatione ⁊ ap̃loꝝ iudei pro maiori parte fuerunt icreduli gentiles autem deuote fidem xp̃i ⁊ apostolorum acceperunt: ⁊ sic diabolus eiectus ab eis per fidem xp̃i reuersus est ad possidendum populum iudaicum errore excecatum: ⁊ sic facta sunt nouissima huius populi iudaici peiora prioribus qꝛ status populi peior est modo q̃ꝫ fuerit a principio ante legem datam: hoc est ergo ꝙ dicit. Cum autem immundus sp̃us exierit ab homine.i. a populo iudaico viuẽte sub lege nature qꝛ eiectus est per susceptionem legis mosaice. i Ambulat per loca arida.i. in ipsis perpetuam mansioneꝫ. k Et non inueniens: qꝛ predicantibus apostolis inde eiectus fuit.
l Dicit Reuertar in domum meam.i. iudaicũ populum. m Et veniens inuenit eam vacantem.i. fide ⁊ bonis operibus vacuam. scopis mundatam: qꝛ populus iudaicus habebat quandam exteriorem munditiam ⁊ ornatuꝫ ꝓpter legis apparentiam. n Tunc vadit ⁊ assumit ⁊c̃. per hoc ꝙ dicit septem alios intelligit vniuersitatem vitiorum hoc est dictum ꝙ ante legem datam fuerunt peccatis irretiti ⁊ a diabolo possessi sed post aduentum xp̃i in peccato suo obstinati sunt peiores facti: qꝛ ex ingratitudine peccata eorum sunt quasi duplicata ⁊ hoc loquendo quasi de vno homine dicit per

similitudinem intelligatur de toto populo iu/daico. a Factum est autem: Hic ponitur cō/futatio predictorum verbo mulieris virtutem xpi confitentis cum dicitur. Factum est autem cum hec diceret. s. xps respondēs blasphemijs iudeorum. b Extollens vocem. id est ex corde et constanter alte proferens laudem xpi contra vituperiū iudeorum. c Quedam mulier ista a sanctis doctoribus dicitur fuisse Sācta Marcella famula beate Marte sororis Lazari.

peiora prioribus. Factum est autem[a] cum hec diceret. extollens vocem[b] quedam mulier[c] de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit[d]: et vbera que suxisti. At ille dixit[e]. Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei[f] et custodiunt illud.

d Beatus vēter qui te portauit. matrē beatificat et laudat ex filio et nō ecōuerso: quia ab illo puenit gr̄a et glia principaliter rōne deitas: et instrumentaliter rōne hūanitatis: quia hūanitas xpi ē organū ɔiunctū ipsius deitati. e At ille dixit: Commendando fidem et constantiam mulieris et aliorum cō/similium. f Quinimo beati qui audiunt: Istud quinimo non dicitur aduersatiue sed concomitatiue: quasi dicat non solum illa que me portauit beata est: sed etiam qui audiunt vbum dei corde credētes et opere adimplētes: vnde dicit beatus Augustinus libro de virginitate: quod beata Maria felicius cōcepit deum mēte per fidē quam corpore per carnis assumptionē.

Expositio moralis.

Et erat iesus eijciēs demonium et illud erat mutum. s. effectiue tantum eo quod obsessum ab eo fecerat mutum. Hoc autem fit spiritualiter quando gratiam habēs predicandi vel eccle/siam officiandi cessat ab istis instigante diabolo quasi mutus: sed cum gratia dei visitatur eijcitur demon et os eius ad predicandum et ad laudandum deum aperitur per illos autē qui dicebant in beelzebub etc. significantur maledicti qui peruertunt aliorum bona. Et alij tētantes signum de celo querebant: per istos significantur doctores et studētes nimis curiose scrutantes diuina propter quod opprimuntur a gloria. Omne regnum: per quod significatur omnis congregatio carēs concordia in qua sunt duo Sathane quorum quilibet nititur partē suam augmētare vt sic possit alteri preualere. Cum fortis armatus: hoc litteraliter exponitur de diabolo: Moraliter potest exponi de peccatore obstinato qui defendit peccatum suum contra reprehendētem sicut Saul contra Samuelem primi Regū. xix cap. Sed aliquando talis dei adiutorio vincitur quia aufert arma sua. i. rōnes quibus defēdit peccata. Et spolia distribuit quādo eius actus et membra ad bonum conuertit. Cum immundus spiritus exierit ab homine. i. peccati carnalis appetitus qui exit per virtutem penitētie. ambulat per loca arida. id est per corda humane molliciei carētia: in quibus fornicationis spiritus requiem non inuenit: Et tunc ad pristinum locum reddit quando penitens patitur residuum. Et tunc fiunt eius nouissima peiora prioribus quia propter ingra/titudinem doni penitentie precedentis aggrauatur peccatum. Extollens vocem quedā mu/lier: per quam significatur quelibet persona beate virgini deuota. At ille dixit quinimo etc. propter que significauit xps beatam virginem se concepisse felicius per fidem et deuotionem spiritualiter quam corporaliter et hoc dicit Augusti/nus in libro de virginitate.

Questio fratris Antonij betontini. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Luce. xj. ca.

In quibus vbis querit. Utrū detractio gn̄ale viciū appellet. Alexāder nr̄ antiquus in scdo suo volumine ait. Et licet ipsa inuidie filia sit: tn̄ ē ita piculosa quod ea ferre totū genus humanū piclitat. Unde glosa super illud prouerbi. xxiiij. ca. Cum detractoribus ne cōmiscearis taliter inquit. Hoc specialiter vitio piclitat ferre totum genus humanū: et hoc iō dicit: tū quia pauci per viā salutis ambulāt: tum quia pauci vel nulli sunt qui non aliquando ex animi leuitate aliqd dicāt: vnde in aliquo vel leuiter fama alterius minoratur. Idcirco Hieronymus ait. Raro inuenit quod aliquis ita irreprehensibilē velit exhibē vitam suam vt non libenter reprehēdat alienam. vnde et iudei quāuis legem se obseruare ostenderent: quāuis stupenda et supernaturalia miracula xpi viderēt: tn̄ sibi detrahēdo dicebant. In beelzebub principe demoniorum etc.

Feria scda post tertiam dominicam .xl.

Euangelium sm lucam .iiij. cap.

In illo tēpore dixerunt pharisei ad iesū Quāta audiuim⁹ facta in capharnaū: fac et hic in patria tua: Ait autem. Amen dico vobis q2 nemo ppheta acceptus ē in patria sua. In veritate dico vobis[a]. Multe vidue erant in diebus Helie i israel: quando clausū est celū[a] annis tribus: et mensibus sex: cum facta esset fames magna in oī terra. et ad nullā illarum missus ē helias[b]

Expositio litteralis.

Hic euangelista adducit rōnem phariseoꝝ contra xp̄m a minori ad mai⁹ dicens: sicut fecisti miracula in capharnaum et non tm̄ ibi sed alibi fac et hic in patria tua et adducunt similitudinē in hoc cap. Medice cura teipm: sicut enī medicus verus citius et libentius se ipum curat et alios ad se ptinentes q̄ extraneos: ita dicebant ei. Si tu faceres vera miracula citius faceres ea inter ppinquos tuos et in ciuitate tua q̄ inter extraneos: sed ipe cōsequēter respondit. Quia non dimittebat inter eos facere miracula ex impotētia vel falsitate aliqua sed ex eorū malicia: et ad hoc inducit sacre scripture exēpla cū subditur. In veritate dico vobis. a Multe vidue erāt in diebus Helie in israel qn̄ clausū est celum orōnibus helie vt habetur tertio regū .xvij. cap. Ubi ista hystoria diffuse tractatur que hic p declaratione maiori ponitur: quoniā Achab filius Amri fecerat malum in cōspectu domini sup omnes reges q fuerant ante eum: Ideo deus duxit in terram illam sterilitatem: et hoc Helias tesbites nunciat. Dixit helias tesbites ad achab viuit dominus de⁹ israel in cuius ꝯspectu sto: si erit annis his ros et pluuia nisi iuxta oris mei verba et factum est verbū dñi ad eum dicens. s. ad heliam. Recede hinc et vade contra orientē et abscōdere in torrente carith q est contra iordanem et ibi de torrēte bibes coruisqꝫ precepi vt pascant te ibi. Abijt ergo et fecit iuxta verbum domini. Cūqꝫ abijsset sedit in torrente carith: q est contra iordanem. Corui quoqꝫ deferebant ei panem et carnes mane similiter panem et carnes vesperi et bibebat de torrente. Post dies autem aliquot siccatus est torrens: non enim pluerat super terram. Fact⁹ est ergo sermo domini ad heliam dicēs. Surge et vade in sareptam sidonioꝝ: et manebis ibi precepi enī ibi mulieri vidue vt pascat te: Surrexit et abijt in sareptam sidonioꝝ. Cum venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna et vocauit eā dixitqꝫ ei. Da mihi paululum aque in vase vt bibam. Cūqꝫ ista pgēt vt afferret: clamauit post tergū dicēs. Affer mihi obsecro et buccellā panis i manu tua q̄ respondit: Uiuit dñs deus tuus: q2 nō habeo panē nisi q̄tū pugillus capere pōt farine in hidria: et paululū olei in lechito. En colligo duo ligna vt igrediar et faciam illud mihi et filio meo vt comedamus et moriamur. Ad quā helias ait. Noli timē: sed vade et fac sicut dixisti. Uerūtū mihi pmus fac de ipa farinula subcinericiū panem paruulū: et affer ad me: tibi autē et filio tuo facies postea. Hoc aūt dicit dñs deus isrl. Hidria farine non deficiet: nec lechit⁹ olei minuet vsqꝫ in diē in q̄ dñs daturus ē pluuiā sup faciē terre q̄ abijt et fecit iux verbū helie. Et comedit ipe et illa et domus ei⁹. Et ex illa die hidria farine nō defecit: et lechit⁹ olei nō ē iminut⁹ iux verbū dñi qd locutus fuerat i manu helie. Factū ē aūt post vba hec: egrotauit fili⁹ mlieris mrs familias et erat langor fortissim⁹: ita vt nō remaneret i eo halitus dixit ergo ad heliā: qd mihi et tibi vir dei igressus es ad me et rememorarent iniqtates mee et iterficeres filiū meū et ait ad eū helias. da mihi filiū tuū: Tulitqꝫ eū d sinu ei⁹ et portauit in cenaculū vbi ipe manebat: et posuit sup lectū suū: et clamauit ad dñū et dixit. Dñe de⁹ me⁹ ēt ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ sustētor afflixisti vt iterficeres filiū ei⁹: et expādit se atqꝫ mēsus ē sup puep trib⁹ vicib⁹: et clamauit ad dñm et ait: dñe de⁹ me⁹ reuertat obsecro aīa pueri h⁹ i viscera ei⁹: et exaudiuit dñs vocē helie: et reuersa ē aīa pueri intra eū et reuixit. Tulitqꝫ helias puep et deposuit eū d cenaculo in inferiorē domū et tradidit mrī sue: et ait illi: En viuit fili⁹ tu⁹. Dixitqꝫ mlier ad heliā. Nūc i isto cognoui qm̄ vir dei es tu et verbum dñi in ore tuo verum est.

b Et ad nullam illarum missus est helias: q2 non erant ita deuote sicut illa mulier gentilis

gentilis Sareptana. Et qr Helias persequtionem patiebatur in terra israel que debuisset sibi esse grata. a Et multi leprosi erant in israel: et nemo illorum mundatus est: propter eorum ingratitudinem erga deum: qr regnum israel declinauerat ad idolatriam colendo vitulos aureos quos fecerat Hieroboam. b Nisi Naaman sirus: cuius hystoria ponitur iiij. Regum v. cap. Et hoc pro declaratione text9 euangelij apponitur que talis est. Naaman princeps militie regis sirie erat vir magnus apud dñm suum et honoratus per illum enim dedit dominus salutem sirie: Erat autem vir fortis: et diues sed leprosus: porro de siria egressi fuerant latrunculi: et captiuam duxerant de terra israel puellam paruulã: que erat in obsequio vxoris. Naaman: que ait ad dñam suam vtinã fuisset dñs meus ad prophetam qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quã habz. Ingressus ẽ itaqz Naamã ad dñm suum: et nunciauit ei dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqz ei Rex sirie Uade et mittã litteras ad regẽ israel: q cũ profectus eẽt et tulisset secum decẽ talẽta argenti et sex milia aureos et decẽ mutatoria vestiũ: detulit lr̃as ad regẽ israel in hec verba. Cũ acceperis eplãm hanc: scito q misserim ad te Naamã seruum meum vt cures eũ a lepra sua. Cũqz legisset Rex israel lr̃as scidit vestimẽta et ait. Nunquid deus ego sum vt occidere possim et viuificare qr iste misit ad me vt curem hominez a lepra sua? Animaduertite et videte occasionez qrt querat aduersum me. Qd cum audisset helise9 vir dei: scidisse videlicet regẽ israel vestimẽta sua: misit ad eum dicens: Quare scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me et sciat esse prophetã in israel. Uenit ergo Naaman cum eqs curribus suis et stetit ad hostium domus helisei misitqz ad eum helisens nuncium dicens. Uade et lauare septies in iordane et recipiet sanitatem caro tua atqz mundaberis. Iratus Naamã recedebat dicens. Putabam q egrederet ad me et

nisi in Sareptam Sidonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel[a] sub Eliseo ppheta: et nemo eorum mundatus est nisi Naaman sirus[b]: Et repleti sunt oms in synagoga ira[c]: hec audientes. Et surrexerunt: et eiecerunt eum extra ciuitatem[d]: et duxerunt illum vsqz ad supercilium montis: super quez ciuitas eorum erat edificata: vt precipitarent eum: Ipse autẽ trãsiẽs per mediũ illorũ ibat[e].

stans inuocaret nomẽ domini dei sui: et tangeret manu sua locũ lepre et curaret me. Nũquid non meliores sunt abana et pharfar fluuij damasci oib9 aqs isrl̃ vt lauarer in eis et mũder? Cum ergo vertisset se et abiret indignans accesserunt ad eũ serui sui: et loquuti sũt ei. Pater et si rem grandem dixisset tibi propheta certe facẽ debueras: quanto magis qr nũc dixit tibi lauare et mundaberis. Descẽdit et lauit septies in iordane iuxta sermonẽ viri dei: et restituta ẽ caro eius sic caro pueri puuli et mũdat9 ẽ. Reuersusqz ad virum dei cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit corã eo et ait. Uere scio q non sit alius de9 in vniuersa terra nisi tantũ in israel. Obsecro itaqz vt accipias bñdictionẽ a seruo tuo. At ille rñdit viuit dñs ante quẽ sto: qr non accipiam. Cũqz vim faceret: penitus non acquieuit: Dixitqz Naaman: vt vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra: Non enim faciet vltra seruus tu9 holocaustum aut victimam dijs alienis nisi dño: hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro seruo tuo: quando ingredit dñs meus templum Remmon vt adoret. et illo innitẽte sup manũ meã: si adorauero in templo Remmon: adorante eo in eodem loco: vt ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re: Qui dixit ei: vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tempore etc. Ubi describitur bonitas eius ante curationem cum dicitur per illum enim dedit deus salutem sirie: et post curationem: fuit adhuc melior et valde gratus deo et Heliseo vt habetur ibidem. c Et repleti sunt omnes in synagoga ira: qr preponebat eis gentiles quos abhominabantur sicut canes. d Et eiecerunt illum extra ciuitatem: tanqz dignum morte vt illum interficerent vt patet in littera. e Ipse autẽ transiens per medium illorum ibat virtute diuinitatis: q poterat se sic seruare illesum quando volebat. Dicit autem Beda: q cum dominus de manibus eorum lapsus de vertice mõ/

tis descenderet: & sub rupe latere vellet: ubito ad tacitum dominice vestis saxum illud sub terfugit: & instar cere solutum quendam sinum effecit. idest concauitatem in quo dominicum corpus reciperetur: in quo loco omnia linia/menta & ruge ve/stis q̄si vestigia pe dum in rupe ap/parent adhuc si/cut testantur. qui viderunt.

¶ Expositio mo/ralis.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira &c. Per istos significā tur illi qui predicatores veritatis persequun/tur eo q̄ dicunt eis displicentia. Ipse autem trā siens per medium illorum ibat. non percutiēs illos: aut impellens nec aliquo modo se vindi/cans. in hoc docens predicatores euangelij: vt non querāt vindictam de iniurijs factis sibi.

¶ Questio fratris Antonij betontini. Ipse au tem transiens p mediū illoꝝ ibat. Luce. iiij. ca.

In quibus verbis queritur. Utrum non resi stere detractionibus sit mortale peccatum. Ad q̄ irrefragrabilis doctor Alex. de ales ait. Q2 si quis detractoribus non resisteret cum debe/ret hoc est: aut ratione officij: aut ratione im/minentis periculi: aut ratione timoris huma/ni: propter que contra dei precepta face/re non licet: mortaliter deum offenderet si fa/ceret. Unde apoca. xxj. cap. scribitur Timi/dis erit pars in stagno ardenti igne: & sulphu re: Uerum si quis hoc ex rationabili causa per ageret: minime mortaliter peccaret: quia teste Hieronymo. Frustra niti & nihil aliud q̄3 odi/um quereret: extreme dementie est. &. xxiij. q. iij. cap. Non in perpetuum scribitur. Et sunt v̄ ba rabani de pressuris ecclesiasticis: qui taliter inquit: Multi sacerdotum culpa zelo dei perse qui se profitentur: sed dum indiscrete hoc agi/tur: sacrilegij facinus incurrunt: & dum preci pites: quasi ad emendandum ruunt: ipsi quoq3 multo magis deterius cadunt. Idcirco domi/nus audiens ciues suos Nazareth: ex inuidia habitatoribus facta in capharnaum detrahen tes atq3 dicentes: Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac hic & in patria tua: suisq3 iu/stis responsionibus non modo esse conuictos sed ira turbatos: & ad sui necem esse dispositos donare volens nobis exemplum fugiendi de/tractores atq3 maleficos: transiens per medium illo/rum ibat. idest abscondit se. In quo s̄m Crisostomum: Et que sunt huma nitatis: & que sunt diuinitatis osten dit. Stare enim in medio insidianti um: & non apprehendi diuinitatis eminētiam ostendebat. Abscondi vero dispensationis ap/parebat ministerium.

Feria tertia post ter tiam dñicam. xl. Euan gelium s̄cdm Matthe/um. xviij. cap.

In illo tempore Respiciens ie/sus in discipulos su os dixit Simoni petro Si peccauerit[a] in te fra ter tuus vade & corripe eum inter te et ipsum solum[b]. Si te audierit

¶ Expositio litteralis.

a Si peccauerit: hic consequenter osten/dit q̄ debemus esse benefici proxi/mo ex parte anime in effectu: & hoc du pliciter. Primo defectus eorum charitatiue corigendo offensam misericorditer remitten/do: Ibi iterum dico vobis. Ad primi euidenti am notandum q̄ duplex est correctio: vna que est ad peccantis punitionem propter conserua/tionem iusticie: & ista non ordinatur semp ad correctionem delinquentis: q2 aliquando sibi infligitur pena mortis: & ideo principaliter ē ad conseruationem iusticie & ad terrorem alio rum: & talis correctio non pertinet ad singula/res personas sed ad iudicem ad quem pertīet conseruare iusticiam inter homines: & per s̄ talis correctio que ordinatur ad fratris peccā tis emendationem: & ideo hec est actus chari/tatis & pertinet ad omnes: q2 sicut dicitur in ecclesiastico vnicuiq3 mandauit deus de pro/ximo: & ideo sicut quilibet tenetur defectus ei9 charitatiue ad emendationem eius corrigere: si tamen probabiliter credat q̄ ex sua correctio ne debeat se emendare: & de tali correctione lo quitur hic saluator non de prima que est actus iusticie. Tangit autem debitum modum hui9 correctionis dicens. b Si autem peccaue/rit in te frater tuus: & intelligitur istud in te dupliciter: vel q2 te solum lesit: vel q2 te solo sci

ente peccauit: Si enim alios lederet vel coram alijs peccaret: Tunc non haberet locum illud q̄ subditur. b Uade ⁊ corripe ipsu͞ inter te ⁊ ipsum solum: quia peccata publica sunt in publico arguenda: secundum q̄ dicitur prime ad Thimotheum.v. cap. Peccantem coram omnib' argue: vt ceteri timorem habeant: sed quando sunt secreta tunc hab; locum correctio fraterna que est act' charitatis: que debet fieri p̄mo in secreto cuius est. sicut enim medic' corporalis si debito modo p̄cedat nititur inducere sanitatem cum minori dispēdio corporis: vt sine mēbri abscisione: ⁊ si nō possit tūc abscindit membrum minus nobile vt conseruetur magis nobile vel totum corpus: sic ille q̄ fratrem peccantem occulte corripit charitatiue debet tentare si possit fratrem emendare absq; detrimento sue fame: q; fama computatur inter maiora bona hominis citra virtutes ⁊ ideo corrigens fratrem debet quantum potest conseruare eius famam. Alia causa est q; amissa fama vel lesa efficitur homo inuerecūdus: ⁊ per consequens minus a peccato retrahitur q̄ prius: Est ergo debitus processus ī correctione charitatiua vt homo corrigat fratre; suum inter se ⁊ ipsum solum vt sic possit eū saluare cum omnimoda integritate sue fame: ⁊ h̄ est q̄ sequitur. c Si te audierit lucratus eris fratrem tuum: cum. s. scilicet cum integritate fame ad salutem reducendo. d Si autem te non audierit: q; enim fama minus bonum q̄ bona sit vita. si nō possit seruari bona vita fratris sine detrimento sue fame: tunc procedendum est ad salutem bone vite cum aliquali lesione sue fame: ⁊ ideo adducendus est vnus alius vel duo ad sciendum. s. fratris delictu; ⁊ vt coram eis arguatur: ⁊ si se non correxerit tunc simpliciter contēnenda est eius fama vt conseruetur bona vita vel saltem ordo iusticie ad

lucratus eris fratrem tuum[c]. Si autem te nō audierit[d]: adhibe tecū adhuc vnum vel duos vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit[e] eos dic ecclesie[f]. Si autem ecclesiam non audierit[g]: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus[h]. Amen[i] dico vobis[k]: quecunq; ligaueritis super terrā erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecunq; solueritis super terram erunt soluta ⁊ in celo. Iterum dico vobis[l]: q; si duo ex vobis consenserint[m] super terram de omni re q̄cūq; petierit fiet illis a p̄re meo q̄ ī celis ē. vbi enī sūt duo vel tres cōgregati[n] ī noīe meo: ibi sum in medio eorum[o].

terrore; aliorum: ⁊ hoc ē q̄ sequitur. e Quod si eos non audierit: se corrigendo. f Dic ecclesie. id est prelato per denunciationem publicam: ⁊ tunc sunt testes inducendi ad faciē probationem qui prius fuerint inducti ad fratris secretam correctionem. g Si aūt ecclesiam non audierit: preceptum prelati contēnendo. h Sit tibi sicut ethnic' ⁊ publicanus. i. separetur ab alijs fidelibus per excōmunicationem ⁊ censuram ecclesiasticam ⁊ q̄ talia possint prelati ecclesie ferre subditur. i Amen. i. fideliter. k Dico vobis quecūq; ligaueritis: quia deus talem punitionem approbat: si iudicium ecclesie non erat. Considerandum tamen circa predicta q̄ si peccatum occultum fratris fuerit in preiudicium communitatis: vt si aliquis tractaret secrete cum aliquib' ciuibus qualiter ciuitas esset hostibus tradenda: vel si aliquis hereticus in secreto corrumperet fideles: tunc secreta correctio vel admonitio non esset expectanda: sed statim esset prelato denunciandum qui posset tali periculo p̄cauere. Et idem iudicium de consimilibus casibus est habendum. l Iteru; dico vobis. Hic consequenter ostendit q̄ non solum debemus fratrem corripere sed etiam offensam nobis illatam remittere: Et diuiditur in duas partes quia primo facit q̄ dictum ē: secundo ostendit quotiens sit offensa fratris remittenda ibi: tūc accedens. dicit igitur primo. m Si duo ex vobis consenserint: in animo. s. offensam sibi inuicem remittendo. i. de omni re quācunq; petierint fiet illis: q; oratio nō est accepta cora; deo si teneat odiū ꝯ frēm in aīo p̄pter q̄ s̄bdif. n Ubi enī sunt duo vel tres ꝯgregati. i. charitate vniti. o In medio eoꝝ sū: acqescēdo bone volūtati ⁊ petitiōi eorūdē: dū tñ illa o͞ro habeat ꝯditiōes cōueniētes q̄ ad hoc requirūt. s. q̄ aliq̄s oret pro se pie ⁊ pseuerāter: his enī cō

currētibus semper oratio exauditur. Et si aliquando differtur tamen tempore competenti impletur sicut habetur.ca.vij. Aduertendum tamen quod licet offensa sit semper remittenda non tamen iniuria: Si enim ex remissione iniurie et pene debite sequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum: non esset bonum ei remittere similiter si ex tali remissione eēt scādalum aliorum et omissio iusticie et in consimilibus casibus.

Tunc accedens ad eum Petrus[a] dixit. Domine quotiens peccauerit in me frater meus dimittam ei vsque septies Dixit illi iesus[b]. Non dico tibi vsque septies sed vsque septuagies septies

a Tunc accedens ad eum petrus. hic ostendit quotiens sit fratri remittendum. Circa quod aduertendum quod sicut frequenter dictum est Petrus tanquam principalis aliquando loquebatur pro se et pro alijs: et ideo audito saluatore quod offensa fratris peccantis esset remittenda: et hoc petijt si sufficeret ad salutem dimittere septies.

b Dicit illi iesus non dico tibi vsque septies: et ponitur numerus hic determinatus pro indeterminato: ac si diceret totiens quotiens: vt dicit Augustinus.

Expositio moralis.

Si autē peccauerit in te frater tuus.i.te sciēte. vnde Augustinus. quid est in te peccauit nisi tu scis quia peccauit vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Hieronymus corripiendus enim est seorsum frater ne si semel verecundiā amiserit permaneat in peccato. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. per salutem enim alterius nobis quoque acquiritur salus: si autem non audierit adhibe tecum vnum vel duos: glo. vt si dixerit non esse peccatum probent illud esse peccatum. Quod si non audierit eos dic ecclesie. Crisosto. idest his qui ecclesie president. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Augustinus.i. gentilis et paganus in numero fratrum non computādus. Amen dico vobis quecunque ligaueritis etc. Augustinus de verbis domini in monte. Cepisti habere fratrem tuum tanquam ethnicum et publicanum liga illum in terra: sed vt iuste liges eum vide: nam iniusta vincula disrumpit iusticia. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis cōsenserint: subintelligendum est si petierint pie perseueranter et pro se. Domine quotiens peccabit in me frater meus: subditur vsque septuagies septies.i. quadringentis nonaginta vicibus: vel vt dicit Augustinus. Omnino quotienscunque peccauerit ignoscas.

¶ Questio fratris Antonij betonti/ Qui ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus Matth. xviij.cap.

Super quibus verbis queritur. Utrum sine peccato vnus homo possit iudicare et condēnare alium hominē. Ad quod breuiter respondetur secundum Astexanum in summa sua libro primo titulo.xxxviij. Quod vnus homo iudicet alium hominem tripliciter pōt intelligi. Uno modo extenso vocabulo iudicāndi ad arguere: corripere: et monere: et hoc circūstātijs obseruatis fieri potest sine peccato. Nā arguere proprie superiorum est respectu inferiorum. Unde apostolus ad Thimo.iiij.ca. Argue: obsecra: increpa: Sed modum reprehēsionis in secundo ca. Explicat dicens. Hec loquere et exhortare: et argue cum omni imperio. verum corripe est respectu parium. Idcirco in euangelio hodierno dī. Si peccauerit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solū. Monere vero est inferiorum respectu superiorum: vnde Bernardus ad Eugenium. Moneo te non arguo. Alio quidem modo vnum hominem alium iudicare intelligi potest temerarie quod vniuersaliter interdicitur: vt.ij.q.j.ca. primo super omnia scribitur. Imo super omnia diligenter inquirite vt cum iusticia et charitate diffinitatis neminem condēnetis ante verū et iustum iudicium: nullum iudicetis suspitionis arbitrio: sed primum probate et postea charitatiuam proferte sniam: et quod vobis non vultis fieri: alteri facere nolite. Et si suspitionibus quis temptatur. Cum propheta psal.cxviij. Clamare debet ad dominum dicens. Amputa obprobriū meum quod suspicatus sum: quia Paulus prima ad corin.iiij.ca. dicit: Nolite ante tempus iudicare.i. ante vniuersale iudicium quod filio dei proprie reseruatur. Ultimo vnum hominem aliū iudicare intelligi potest secundum ordinem ecclesie que dupliciter hominem iudicat iudicio.s. di/

scretionis quod in manifestis et certis: cuicunque conceditur eo modo quo superius dictum est. Et iudicio correptionis quod prelatis solum competere dinoscitur. Quod glo. super illo verbo pauli prime ad Corin.v.cap. Qui frater nominatur etc. tangit dicens: hoc inquit apostolus dicendo quod noluit hominem ab homine iudicari ex argumento suspitionis vel ex ordinario vsurpato quod iudicio: sed potius secundum legem dei et ordinem ecclesie. Cui inobediens mortaliter peccat secundum verba matthei.xviij.ca. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Qui talis secundum doctorem nostrum Landulphum excommunicatus est: et excommunicatio non est infligenda secundum Ricar. et doctorem subtilem nisi pro peccato mortali et multum enormi: quia igitur omne iudicium rectum vel recte factum secundum hic dicta bonum est preter iudicium temerarium: patet quia sic vnusquisque ordine posito alium iudicare valet preterquam iudicio temerario quod ex inuidia procedit sicut ipsa detractio.

Feria.iiij. post tertiam dominicam quadragesime. Euangelium secundum Mattheum.xv.cap.

In illo tempore accesserunt ad iesum scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem[a] respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum dei[b] propter traditionem vestram? Nam deus dixit[c]. Honora patrem tuum[d] et matrem tuam: et

Expositio litteralis.

Hic ponitur vera promulgatio legis euangelice a Mattheo ad gentiles reprobando iudeorum expositionem falsam legis: et diuiditur in tres: quia primo arguit iudeos de eo quod dictum est. secundo de apparenti sanctitate: ibi hypocrite. tertio de vana superstitione: ibi: Audite et intelligite. Prima in duas quia primo ponitur iudeorum maligna interrogatio ad christi deprehensionem Secundo ponitur eius responsio vera ad eorum confutationem ibi: Ipse autem respondens. Ad euidentiam prime partis aduertendum quod a tempore moysi de voluntate dei constituti sunt septuaginta senes etate et moribus maturi et scientia prediti ad regimen ipsius populi: et moyses erat super eos: Ita quod in vniuerso erant septuaginta vnum vt habetur numeri.xj.ca. Et ex illo tempore statutum est quod tot essent ad regimen populi ordinati: et isti dicebantur iudices ordinarij quia per impositionem manus instituebantur vt habetur in glosis hebraicis in multis locis: et ibi residebant in hierusalem: et ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambiguis et difficilibus: et eorum determinatio habebatur pro lege firma quam non licebat transgredi: vt habetur deuterono.xxviij.c. Isti etiam statuebant aliqua que pertinebant ad regimen populi et in statutis eorum erant aliqua que cadebant sub precepto tanquam necessitatis: et aliqua sub monitione tanquam eiusdem decentie et honestatis. De talibus autem erat istud statutum quod hic tangitur videlicet quod accedentes ad mensam prius lauarent manus suas: Uerumtamen pharisei et scribe intellectum huius mandati volebant trahere ad quandam falsitatem videlicet quod per hoc acquireretur quedam munditia spiritualis: mouebantur autem ad hoc quia in lege alique immunditie per corporales ablutiones dicebantur emundari: et quia discipuli christi aliqua que non erant necessaria: sed magis cuiusdam superstitionis inquantum intellectus sic trahebatur non obseruabant. Christum in discipulis suis arguebant tanquam contemptorem doctrine seniorum: vt sic redderent eum populo odiosum.

a Ipse autem: Hic ponitur christi responsio vera ad ipsorum confutationem dicens.

b Quare et vos transgredimini mandatum dei: non respondet dicendo quod lotio manuum que faciebat ad honestatem esset mala: vel quod apostoli ipsam omittendo bene facerent vt facit ad honestatem. Licet benefacerent omittendo propter superstitionem: Sed quasi clauum clauo retondendo dicit eos deficere: quia faciebant transgredi mandatum domini propter mandatum hominum: quod probat dicens.

c Nam deus dixit. Exodi.xx.cap.

d Honora patrem tuum: Honor iste non solummodo intelligitur reuerentia: sed et admini/

stratio necessariorum. Hanc autem excludebāt
per suam doctrinam falsam: q2 sacerdotes qui
erant cupidi vt bona que essent administrāda
parentibus conuerterentur in lucra eoꝝ dice/
bant ꝙ melius esset illa deo offerre. Tum quia
ē pater pncipalis
⁊ spiritualis. Tuꝫ
quia lꝫ per talem
oblationem parē/
tes sustinerent de
trimentum corpo
rale consequeban
tur tamen bonum
spirituale: inq̄ꝫtuꝫ
illud quod erat in
eorum necessita//
tem conuertendū
deo offerebatur: ⁊

qui maledixerit p̄ri vel
matri morte moriatur.
Vos aūt dicitis[a]. Qui-
cunqꝫ dixerit patri vel
matri munus quodcū-
qꝫ est ex me[b] tibi prode
rit[c]: ⁊ nō honorificabit
patrem[d] suum aut ma-
trem suam: et irritum
fecistis[e] mādatum dei[f]
ppt̄ traditionē vestrā.

Sequitur alia
pars textus

ex h' sequebat̄ ꝙ p̄ceptū de honore parētū inq̄ꝫ
tū intelligit̄ in hoc administratio necessarioꝝ
euacuabatur per talem expositionem falsam: ⁊
hoc est quod dicit Saluator. a Vos aūt di
citis falsum. s. exponendo mandatum dei.
b Quicunqꝫ dixerit patri vel matri munus
quodcūqꝫ ex me est: deo consecratum scilicet ⁊
oblatum. c Tibi pderit. magis supple q̄ꝫ si
expenderes in necessitates tuas ⁊ est constru/
ctio defectiua: ⁊ est sensus: quicūqꝫ dixerit ⁊c. i.
licite ⁊ bene potest dicere quod dictum est: ⁊ ī/
pleuit preceptum diuinum: ⁊ est dignus vita
eterna: quod est falsum quia ſm veritatem est
transgressor p̄cepti: ⁊ hoc est quod subditur.
d. Et non honorificabit patreꝫ ⁊c̄. Illud quod
erat sibi debitum subtrahendo. e Et irritū
fecistis: vos sacerdotes ⁊ pharisei.
f Mandatum dei ⁊c̄. Ad maioreꝫ intellectū
considerandum ꝙ pater per se tenetur pvide/
re filijs: q est causa eorum q̄ꝫtum ad esse: ⁊ ideo
debet eis nutrimentum ⁊ documentum: Filius
autem tenetur pvidere parentibus de necessa/
rijs p accidens scilicet si indigeat ⁊ ip̄e sit po/
tens. Et ideo si pater iam in necessitateꝫ occur/
rerit: bona de quibus filius potest sibi admini/
strare iam sunt sibi debita: de alieno auteꝫ nul/
lus potest deo sacrificiū facere: ⁊ ideo talia deo
offerre non est licitum quia hoc est transgredi
preceptum de honore parentum: secus autem
esset: si filius bona sua deo vouisset vel cōsecras/
set anteq̄ꝫ parentes essent in necessitate positi:
quia tunc non esset licitum de eis pvidere pa/
rentibus: quia si esset deo votum factum de ali/
quo imolatitio: non posset immutari. Si auteꝫ
de aliquo non immolatitio non poterat muta/
ri nisi per redemptionem. Ex dictis patet falsi/
tas illius opinio/
nis que dicit: ꝙ fi/
li⁹ post pfessionē
factam in religio/
ne tenet̄ exir̄ clau
strum pter neces
sitatem parentuꝫ:
etiam contra vo/
luntatem sui supe/
rioris: quia per ta
lem pfessionem ē
deo iam consecra
tus: ⁊ ideo pter
necessitatē parētū non debet cōtra votū tale fa
cere: hoc etiaꝫ patet alia ratione: quia filius cū
venerit ad etatem adultam sicut potest inuitis
parentibus licite matrimonium contrahere:
vel ad sacerdotium pmoueri: ita etiaꝫ religio/
nem ingredi cessante tunc necessitate parentū
sed per sacerdotium excusatur de hoc quod nō
tenetur subuenire patri per vsum armorum si
ab hostibus inuadatur: quia iam non sibi licitū
est pugnare corporaliter: similiter per matri/
monium excusatur: quod non tenetur manere
cum patre: quia est obligatus vxori: ergo mul/
to fortius p professionem factam in religione
excusatur a subueniendo parentib⁹ nisi ſm mo
dum conuenientem sue regule: ⁊ per consequēs
non debet propter hoc contra votum obedien
tie facere: immo esset inobediens hoc faciēdo
per hoc patet solutio cuiusdam rationis: que so
let ad oppositum induci que talis est. votuꝫ fa/
ctum de his que sunt super erogationis non p̄/
iudicat illis que sunt de necessitate precepti cū
preceptum implere sit necessitatis: vouere au/
tem talia non: sed votum religionis est de his
que sunt super erogationis. subuenire auteꝫ pa
rentibus in necessitate est de necessitate prece/
pti: ergo per votum religionis per professionē
solēnizatum non absoluitur aliquis quin tene/
atur administrare parentibus: sicut ante: ergo
per consequens tenetur exire claustrum pro/
pter necessitatem parentum: etiam contra vo/
luntatem superiorum. Dicendum ꝙ per profes

sionem non absoluitur a precepto: bene tamen absoluitur aliquo modo implendi preceptum: quia preceptum de honore parentum est affirmatiuum: et ideo non obligat ad semper sed pro loco et tempore et aliis debitis circūstātiis que aliquando variantur secundum conditionem ipsius implentis preceptum: quia aliquis modus subueniēdi patri efficitur inconueniēs et illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti: immo etiam perfecti: sicut subuenire patri per dispensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotii statum: tenetur tamen ei subuenire aliis modis suo statui conuenientibus ita eodem modo post votum obedientie subuenire patri contra voluntatē superioris efficitur illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni sue.

Hypocrite[a] bene prophetauit de vobis ysaias dicēs. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa[b] autem colunt me[c] docētes doctrina et mandata hominum[d]. Et conuocatis ad se turbis[e] dixit eis. Audite[f] et intelligite[g]. Non quod intrat in os[h] coinquinat hominem[i]. sed quod procedit ex ore[k] hoc coinquinat hominem[l].

a Hypocrite. hic redarguit saluator iudeos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc quod essent in reuerentia populi ostendebant sanctitatem in verbis: et in exteriori conuersatione: cum tamen corrupti essent intentione: sicut fuerat prophetatum per Isaiam. xxix. cap. licet sub aliis verbis ponatur quam hic: sententia tamen est eadem: sequitur. b Sine causa: idest frustra.
c Colunt me. Sicut enim medicina dicitur sine causa vel frustra propinari: que non confert sanitatem: sic cultus diuinus qui non ducit ad veram felicitatem sequitur.
d Docentes doctrinas et mandata hominū: qua propter suam auaritiam docebant trāsgredi mandata dei propter traditionem suam: vt visum est in falsa expositione precepti de honore parentum: et hoc etiam faciebant propter suam superbiam: vt propter doctrine auctoritatē populus deferret eis maiorem reuerētiam. Audite et itelligite. hic saluator arguit iudeos de vana superstitione: et diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum est in generali. secūdo magis explicat intentionem suam in particulari ibi respondēs autem petrus. Prima in duas quia primo in generali ponit suum documentum: secundo ex hoc subiungit phariseorū scandalum ibi tunc accedentes. Circa primum aduertendum quod sicut dictum est lotio manuum ante commestionē vel cibariorum ad positionem faciebat ad quandam honestatem et mundiciam corporalem et in hoc erat bonum. sed si omitteretur dicere quod ex hoc incurreretur immunditia spiritualis. hoc est falsum et superstitiosum: quia imunditia spūalis prouenit ab iteriori delectatione et consensu mentis: nō ab ipsis rebus corporalibus et hoc ē quod dicitur hic.

Sequitur alia pars textus

e Et conuocatis ad se turbis: reuocando eos a falsa doctrina eorum dixit eis.
f Audite. aure corporis.
g Et intelligite. aure mentis.
h Non quod intrat in os. i. cibus corporalis
i Coinquinat hominem. spiritualiter scilicet nisi inquantum per delectationem male afficitur ad cibum.
k Sed quod procedit ex ore. i. verba que sūt malicie interioris significatiua.
l Hoc coinquinat hominem. considerandum quod christus hic non dicit contra legem. licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi: vt caro porcina et huiusmodi. Hoc tamen nō erat secundum eorum naturam: quia omnis creatura dei bona est: primo ad Thimo. iiii cap. Unde geñ. primo vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona: dicitur autem porcus immundus et agnus mundus: vt dicit Augustinus contra faustum: quia per animalia immunda secundum legē significantur quedam vicia que sunt euitanda. et ideo quia lex euangelica que spiritualis est inchoata fuit per christum: Ideo et illa obseruatio figuralis ciborum non erat amplius obseruāda.

Expositio litteralis super textum: Tunc accedētes discipuli

a Tunc accedentes discipuli eius. Hic ex doctrina xp̄i ponitur phariseoꝝ scandalizatio: qꝛ per doctrinam xp̄i videbant eoꝝ simulationes ⁊ doctrinam reprobatam: ⁊ ideo non poterant resistere p̄ rationem vel p̄ scripturam: ideo ex inuidia mouebantur contra xp̄m ad mouendum seditionem. Et qꝛ veritas vite iustitie et doctrine non est dimittenda ꝑpter scandalum alioꝝ: qꝛ tale scandalum ꝑcedit ex malitia ipsius scandalizati: vnde dicit beatus Gregorius. si de veritate scandalum oritur rectius oriri permittitur: q̄ꝫ qḋ veritas relinquatur: Ideo sequitur. b Omnis plantatio.i.doctrina ab homine inuenta que non est legi ipsius dei consona. c Eradicabitur: qꝛ nō hꝫ firmum fundamentum ⁊ radicem.
d Sinite illos.i.doctrinam eorum euitate.
e Ceci sunt:i.carentes vero intellectu legis.
f Et duces cecoꝝ: qꝛ alios excecāt suo errore: ⁊ ducunt eos ad precipitiū. g Respondēs aūt Petrus: Hic aperitur p̄dicte doctrine xp̄i ītellectus magis in speciali: qꝛ petrus ꝑ se et ꝑ alijs quesiuit intellectum dicens. h Edissere nobis.i.expone. i Parabolā istam.i.sententiam occultam. k At ille dixit. Adhuc ⁊ vos sine intellectu estis: quasi dicat tam diu audistis doctrinam meam: quod statim deberetis intelligere ea que dicta sunt. Unde sequitur.
l Non intelligitis: qꝛ omne ⁊c̄. Istud est veꝝ p̄ sinodochē qꝛ aliqua pars de omni qḋ intrat in os. m In secessum emittitur: qꝛ in omni cibo q̄ꝫtumcūqꝫ puro est aliqd īpuritatis ⁊ a natura expellitur tanq̄ꝫ superfluū: ⁊ aliquid retinetur tanq̄ꝫ ad nutritionem necessariū: ⁊ neutrum istoꝝ coinqnat hoīem spūaliter loq̄ndo.
n Que autem ꝑcedunt de ore .vt verba.
o De corde exeunt: qꝛ sunt conceptus mētis

Tunc accedentes discipuli eius[a] dixerunt ei. Scis qꝛ pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio[b] quā non plātauit pater meus celestis eradicabitur[c]. Sinite illos[d]: ceci sunt[e] ⁊ duces cecorum[f]. Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus[g] dixit ei. Edissere nobis[h] parabolā istam[i]. At ille dixit[k]. Adhuc et vos sine itellectu estis? Non intelligitis: quia omne[l] qḋ intrat in os in vētrē vadit ⁊ in secessū emittitur[m]. Que autem ꝑcedunt de ore[n]: de corde exeūt[o]: ⁊ ea coinquinant hominem[p]. De corde enim exeunt cogitationes male[q]: homicidia[r] adulteria: fornicationes: furta: falsa testimōia: blasphemie. hec sunt que coinqnant hominem[s]. Non lotis aūt manibus[t] manducare non coinquinat hoīem.

significatiua. p Et ea coinqnant hoīem: q̄n sunt male cogitationis significatiua: ⁊ hoc ē qḋ seq̄tur. q De corde.n.exeūt cogitatōes male ⁊ p̄ ꝯsequens. r Homicidia.i.ꝯsilia ⁊ colloquia ad ꝑpetrādum huiusmodi vicia q̄ hic tāguntur ⁊ ꝯsimilia s Hec coinquinant hoīem: spiritualiter.
t Non lotis aūt manibus ⁊c̄.immūdicia spirituali.
Expō moralis Tunc accesserunt ad eum ⁊c̄.p̄ scribas et phariseos multū sollicitos ꝺ mūdicia exteriori ⁊ modicum de interiori significant hypocrite false: arguentes freq̄nter alios de modicis cum tñ sint infecti grauibus peccatis ꝑpter qḋ eis dicitur supra Math. vij.ca. Quomodo dicis fratri tuo: frater sine vt eijciam festucam de oculo tuo: ⁊ ecce trabs ē in oculo tuo. Quare ⁊ vos trāsgredimini mandatum dei. Simile fit hodie in multis locis in q̄bus maior sollicitudo habetur circa custodiam mandatoꝝ hominum q̄ꝫ circa custodiam diuinoꝝ p̄ceptoꝝ: qꝛ grauius satis punitur trāsgrediēs mandatū p̄ncipis vel p̄lati qḋ tñ frequenter nō est malū nisi qꝛ ꝑhibitum: q̄ꝫ transgrediens dei mandatū qḋ de se semp̄ est illicitū ppl's hic labijs me honorat: hoc pōt dici de doctoribus ⁊ p̄dicatoribus q̄ docent bene ⁊ viuūt male. Cetera sunt ita moralia qḋ nō indigent alia moralitate. Qō fratris Antonij betontini.
Accesserunt ad iesum scribe ⁊ pharisei dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediunt̄ traditiones senioꝝ. Nō enim lauāt manus suas cū panem manducant. Mathe.xv.cap.
In q̄bus verbis oritur qō. Utrum ꝑ leui cā mali que apparēt in oꝑatione alicuius possit fieri malū iudiciū sine peccato mortali. Ad quod breuiter r̄ndetur s̄m doctrinā dn̄i Alex. ꝺ ales in suo scḋo volumine. ⁊ ēt s̄m quod habetur ex

vltima glo.ſuper ca. Si quis de gradu.extra ꝺ
purgatōe canonica.Quod ꝓ leui cauſa ſine ma
gno ⁊ letali crimine nemo iudicare temerarie
poteſt.Leuis enī cauſa mali eſt vt pꝛedicta gl.
dicit quando ſunt plura ſigna boni ⁊ pauca ma
li:Sicut cum mu/
lier vel iuuenis q
dam dei verbum
attēte ⁊ deuote fre
quentant. Itez cū
homo peccatoꝛ lȝ
ſceleribus olī fue/
rit multis inuolu
tus pꝛedicationez
frequentat ⁊ eam
audit attente atqȝ
deuote. Ceterum
cū homo clare fa/
me viteqȝ bone et
conuerſatiōis ho/
neſte in loco ſatis
boneſto ⁊ tempo/
re non incongruo
cum muliere deuota turpi ⁊ egrota quandoqȝ
verſatur.In his vtiqȝ malum iudicare falſuȝ ⁊
temerarium iudicium eſt. Iccirco in regiſtro
grego.ait.Graue eſt ſatis ⁊ indecēs vt in re du
bia certa dicatur ſententia.⁊ Bernar.ſup Can
ti.ſermone.xij.dicit.Si is qui de clauſtro ē cō/
uerſatur in populo interdum minus diſcrete:
minuſue circūſpecte ſeſe agere depꝛehenderit.
verbi gratia:in verbo:in cibo:in ſomno:in riſu
in ira:in iudicio:non ad iudicandum confeſtiȝ
ꝓſiliat ſed meminerit ſcriptuȝ.Melioꝛ eſt ini
quitas viri q̄ȝ benefaciens mulier:Nam tu q/
dem in tui cuſtodia vigilans bene facis. ſȝ qui
iuuat multos ⁊ melius facit ⁊ virilius.quod ſi
implere non ſufficit abſqȝ aliqua iniqtate. Idē
abſqȝ quadam inequalitate vite ⁊ conuerſatio/
nis ſue.Memento quia charitas operit multi
tudinem peccatoꝛum. hec ille. Nam qui tales
iudicant ſimiles ſimie eſſe noſcūtur:que grana
tum pomum comedere cupit:ſed quia coꝛticeȝ
ſentit amarum illud citiſſime pꝛoicit. Pꝛoinde
Iſidoꝛus in ſinonimis ait. Nullum iudices ſu/
ſpitionis arbitrio ante ꝓba:⁊ ſic iudica:non.n.
qui accuſatur ſed qui conuincitur reus eſt.Sic
vtiqȝ iudicauit phariſeus vt Luc.vij.ca.ſcribit
Ipſum dominum qui ſe tangi a magdalena ꝑ/
miſit:ſic etiam iudicatus eſt dominus:quando
cum muliere Samaritana loquebatur. vt.iiij.
ca.ſui libꝛi Joannis ait ſic inſuper cum ſcribe ⁊
phariſei iudicauerunt:quia diſcipuli ſui manꝰ
non lauabant cum panem manducabant dicen
tes.Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur tradi
tiones ſenioꝝ nō
n.lauāt manꝰ ⁊c̄.

Feria quinta poſt tertiam dñicaȝ quadrageſime. Euangelium ſm Lucaȝ.iiij.cap.

In illo tempoꝛe.Surgens ieſus de ſynagoga[a] itroiuit in domū ſimonis[b].Socrus autem ſimonis tenebatur magnis febꝛibus[c].Et rogauerunt illum ꝓ ea. Et ſtans ſup illam imperauit febꝛi: ⁊ dimiſſit illam.Et continuo ſurgēs miniſtrabat illis.Cum ſol auteȝ occidiſſet[d]:omnes q habebant infirmos varijs langoꝛibus ducebāt illos ad ieſum.At ille ſingulis manus imponēs

Expoſitio lr̄alis.

Hic ponit ſcōȝ mira/
culū ꝑ xp̄ȝ
operatū:⁊ diuidit
ī duas ptes.In pn
cipalē ⁊ in icidēta
lē.Scōa ibi: Cum
autem ſol occidiſ/
ſet.Circa pꝛimum
ſciendum ꝙ ſina/
goga erat locꝰ vbi
conueniebant le/
gis periti ⁊ cōmu
nis populus ad au
diendum doctri/
nā legis:maxīe diebꝰ ſabbatoꝝ in qbꝰ diuinis
erat vacandū.Iō tali loco ⁊ tpe fuerat docebat
eos xp̄s:q: erāt ꝯueniētia doctrīe eiꝰ.Sciēdū
ſcōo:ꝙ cū xp̄s doceret in ſinagoga iudeos erat
ibi hō in ſpū imūdo:hoc ē obſeſſus a demone ⁊
exclamauit dolēs de xp̄i doctrina q̄ erat aiarū
ſalus ⁊ medicina que obſeſſum liberauit in ſi/
nagoga: ⁊ poſt liberationem ipſius obſeſſi li/
berauit ſocrum ſimonis febꝛicitantem: qꝺ fuit
ſecūdum miraculum.⁊ hoc eſt quod dicit.
a Surgens ieſus de ſinagoga.ſ.poſt ṕdicatio
nem ⁊ eius confirmationem per expulſionem
demonis. b Introiuit in domū Simonis:
vt ibi acciperet refectionem poſt laboꝛem.
c Socrus autem ſimonis tenebatur magnis
p Ego sū resurrectio.s.causaliter:Tū q̄ resurrectio xp̄i ē cā nostre resurrectionis:Tū qa resurrectio gn̄alis futura fiet virtute xp̄i vocātis mortuos ad iudiciū. q Et vita:ꝑ essentiā:ꝓpter q̄ᵭ sum cā vite oībus viuētib⁹ ꝛ possum dare vitā mortuis:q̄ q̄ est tale ꝑ essentiā ē cā omnium alioꝝ q̄ sunt ꝑ participationē.vt habetur scd̄o metha. r Qui credit ī me:sic̄ p̄destinat⁹. s Etiā si mortuus fuerit:ꝑ lapsum in peccatū mortale. t Viuet.finaliter vita gratie.

v Et oīs q viuit ꝛ credit in me: fide formata. x Non morief̄ in eternum.i.morte eterna lꝫ moriatur morte tēporali ad soluēdū debitū nature. y Credis hoc:nō petit hoc quasi ignorās sꝫ querēs ei⁹ ꝯfessionē ad meritū q̄ ore fit ꝯfessio ad salutē vt habet̄ roma.x.ca. ꝫ Ait illi vtiqꝫ dn̄e. q̄ ꝑ xp̄i verba erat instructa in fide

plenius ꝗ̃ʒ ante qđ pʒ ex eius sequēti ꝯfessione in qua ṗmo exprimitur ipsius xp̄i dignitas sacerdotalis: ⁊ regia cum dicitur. a Ego credidi quia tu es xp̄s.i.vnctus: vnctio autem debebatur regibus ⁊ sacerdotibꝰ. Secūdo christi diuinitas cum dī.
b Filiꝰ dei.s.naturalis. Tertio incarnationis veritas cum subditur. c Qui in hūc mūdū venisti: nō ꝑ loci mutationē: sʒ ꝑ carnis assūptionē. d Et cū hec dixisset: hic agiť đ susceptiōe xp̄i: quo ad mariā qꝛ martha a xp̄o edocta statī. e Abijt ⁊ vocauit mariā sororeʒ suaʒ vt audiret bonos rumores quos ipa a christo audierat. f Silētio propter iudeos ṗsentes quorum aliqui contra christū machinabātur dicēs. g Magister adest ⁊ vocat te: lʒ non sit supra exp̄ssum ꝙ xp̄s vocaret mariam: tamen hoc est credendum qꝛ non est probabile ꝙ martha in hoc mētiretur: Sed propter breuitateʒ euangelista illud omisit: qꝛ sufficit ex verbo marthe hoc exprimere.
h Illa autem vt audiuit surrexit cito. ⁊ venit ad eum ex magna deuotione. i Nondum enim venerat iesus in castellum: ostendens ꝙ ad miracula facienda non se ingerebat: ⁊ vt ex aduentu iudeorum cum maria ad ipsuʒ magis celebre notorium esset miraculum. k Judei ergo. patet littera vsqʒ ibi dicentes. l Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. credebāt enim eam esse subito motā ex compassione fratris sui: quia non audierant verbum marthe vt dictuʒ est. m Maria ⁊c̃. Cecidit ad pedes eius qđ nō fecerat martha. Ex quo patet ꝙ maria magis amabat iesum ⁊ reuerebatur.
n Et dixit ei: domine si fuisses hic ⁊c̃. ⁊ poniť sicut supra. o Jesus ergo. hic consequenter

Ego credidi[a]: quia tu es christus filius dei viui[b]: qui in hunc mūdū venisti[c]. Et cum hec dixisset[d] abijt et vocauit mariam sororem suam[e] scilētio dicens[f]. Magister adest ⁊ vocat te[g]. Illa autem vt audiuit surrexit cito[h]: et venit ad eum. Nondum enī venerat iesus in castellum[i]: sed erat adhuc in loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo[k] q erāt cum ea in domo et consolabantur eam cū vidissent mariam quia cito surrexit ⁊ exijt. sequti[l] sunt eam dicentes quia vadit ad monumētum ⁊ ploret ibi[l]. maria ergo cum venisset vbi iesus erat[m]: Uidens eū cecidit ad pedes eius: ⁊ dixit ei[n]. Domine si fuisses hic non eēt mortuus frater meꝰ. Jesus ergo[o] vt vidit eam plorantem ⁊ iudeos q venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu[p]: ⁊ turbauit seipsum ⁊ dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Domine veni ⁊ vide. ⁊ lachrimatus est iesus[q]. Dixerunt ergo iudei[r]. Ecce quomō

agiť de lazari suscitatione: ⁊ diuidiť in duas: qꝛ ṗmo poniť suscitatiōis actus. Scđo sequēs effectus: ibi multi ĝ ex iudeis. Prima in tres: qꝛ ṗmo đscribiť affectio xp̄i ad lazarū: Scđo sequēs ide murmuratio iudeoꝝ: ibi dixerūt ĝ. Tertio xp̄s suscitat mortuum: ibi iesus ĝ rursū. Affectio xp̄i ad lazarū ostenditur ṗmo ex signo cum dī. o Jh̄s ĝ vt vidit eā plorātē: ⁊ iudeos q venerāt cū ea plorantes: ex morte amici.
p Infremuit spiritu ⁊ turbauit seipsum: fremitꝰ consurgit ex indignatione: iste enī xp̄i fremitus procedebat ex indignatione eius ꝯ̄ diabolū: ꝑ cuiꝰ suggestionē mors ītrauit ī mūdū que erat cito đ bellaturus: turbatio autem illa procedebat ex compassione lazari et sororum eiꝰ. Sciendum tñ ꝙ iste passiones ⁊ ꝯsilēs nō erāt in xp̄o viciose: sʒ magis virtuose qꝛ nō erāt ṗuenietes iudiciū rōnis: sʒ magis sequētes: ⁊ ꝑ ipm̄ excitate: sic dicit ph̄s.iiij. ethi. ꝙ passio ire excitata ꝑ virtutē fortitudinis adiuuat ad actū eiꝰ fortiꝰ exequēdū. Scđo ostēdiť affectio xp̄i ex verbo cū dicit: vbi posuistł eū ⁊c̃. Tertio ex facto cū subdiť. q Et lachrymatus ē iesus: ex pietate vidēs locū sepulture: ꝑ h̄ ēt ostēdit veritatē humane nature: paris.n.ꝑiculi est discredere verā humanitatē in xp̄o sicut ⁊ deitatē. Et iō vbi xp̄s ońdit suā deitatē adiūgebat aliq̄ua ad declarādū suā humanitatē ⁊ ecōuerso: ⁊ pʒ in eiꝰ natiuitate qñ iacēs in ṗsepio vt hō infirmꝰ stellā fecit radiare in celo vt deus: Silr̄ in passione qñ ipso moriēte ex natura passibili sol obscuratꝰ est inuisibili virtute dei: ⁊ h̄ silr̄ in suscitatiōe lazari quatriduani qđ erat maxime virtutis: turbatus est ⁊ fleuit ad declarādū veritatē humanitatis. r Dixerūt. hic ex affe/

amabant eū[a]. Quidā autem ex ipsis dixerūt. Non poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere[a] vt hic non moreretur? Jesus ergo[b] rursū fremens in semetipso venit ad monumentum[c]. Erat autem spelūcha[d]: ⁊ lapis superpositus ei. Ait iesus[e]. Tollite lapidem[f]. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quadriduan⁹ ē enīȝ

Dicit ei iesus[g]: Nonne dixi tibi quoniā si credideris videbis gloriā dei[h]. Tulerunt ergo lapidem[i]. Jesus autem[k] eleuatis sursum oculis dixit. Pater grās ago tibi[l] quoniā audisti me. Ego autem sciebam q: semper me audis[m]. Sȝ propter populum q̄ circūstat dixi[n]: vt credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit[o]: Lazare

ctu xpi ostēdit̄ sequēs murmuratio: Judei enī viderūt xpm̄ tristari ⁊ p̄ ꝯ̄ñs arguebāt q̄ mors illa ꝯ̄ voluntatē xpi simplr̄ accidisset. Quia tristitia est de hijs q̄ nobis nolētib⁹ acciderūt: vt dicit Augustinus. xiiij. de ciuitate dei: ⁊ p̄ cōsequēs ꝯcludebāt q̄ non potuisset liberare lazarū a morte: ⁊ hoc ē qḋ dr̄.
a Dixerūt ergo iudei: ecce quomō amabat eū: q: videbāt euidens signū inuentes p̄ h̄ q̄ libēter si posset p̄seruasset eum a morte: ⁊ ex h̄ vlterius miraculū de ceco natū illumīato volebāt anihilare: ⁊ in aliū retorquere dicentes.
a Nō poterat h̄ q̄ aperuit oc̄los ceci nati facere vt h̄ nō moreret̄: q̄si dicāt: ex quo nō pōt hoc nec illud potuit nec fecit. Isti nō expectabāt sufficiēter: s̄ iudicabāt ante tp̄s: q: xp̄s plus fecit. plus. n. est mortuū suscitare: q̄ȝ mortē infirmātis īpedire. b Jesus ḡ. hic ꝯ̄nter ponit̄ lazari suscitatio. ⁊ ponunt̄ h̄ qn q̄ȝ p̄ ordinē faciētia ad miraculi certitudinē ⁊ magnificentiā: partes patebūt ꝓsequēdo. Primū ē descriptio sepulchri qḋ erat spelūca cauata in rupe magna ⁊ ꝓfunda: ita q̄ poterāt poni plura ibi corpora. s. corpa eoꝝ q̄ fuerūt eiusdē parētele. Uñ frequēter dr̄ in libro regum. Sepultus ē in sepulchro patrū suoꝝ: Sic igit̄ erat factū sepulchrum lazari: ⁊ desup grandi lapide claudebat̄: ex quo pȝ vera mors lazari q: si fuisset ibi positus viuus ⁊ san⁹ īfra quadriduū fuisset mortuus ex loci corruptione: ⁊ hoc ē qḋ dr̄.
b Jesus ergo rursum fremēs in semetipso: indignatus ꝯ̄ maliciam iudeoꝝ de factis suis inique murmurātiū: ⁊ talis īdignatio ē virtuosa: q: sicut ad virtuosum ptinet applaudere bono ita ex opposito ⁊ indignari contra malum.
c Uenit ad monumētū: dr̄ enī sepultura monumētū q̄si monēs mentē q: monet viuētes vt p̄cogitent mortē. d Erat. n. spelunca ⁊c̄. mō

p̄dicto facta. e Ait ihs. h̄ ponit̄ scōm. s. lapidis amotio cū dr̄. f Tollite lapidē ⁊c̄. Dñe. iā fetet: q̄si dicat: l; aliqñ suscitati sint mortui recēter: tñ q: i. q̄driduan⁹ ex fetore solut⁹ resuscitetur nō ē sic auditū. ⁊ h̄ verbū videt̄ p̄cessisse ex amiratione marthe. ⁊ ei⁹ ignorantia q: eiusdē v̄tutis ē suscitare mortuū vtroq̄ȝ mō ioānes iō seqtur. g Dic. ei ihs: corrigendo ei⁹ dictū. h Nonne dixi tibi: q̄m si credideris videbis gl̄iā dei. i. gl̄iosā ei⁹ virtutē ī suscitatiōe fratris tui. i Tulerūt ḡ lapidē. ad p̄ceptū xpi. k Jhs aūt. hic ponitur tertiū. s. xpi orō in lazari suscitatiōe qḋ fac̄ ad d̄clarationē miraculi: q: iudei xp̄o īponebāt qḋ faciebat miracula v̄tute demonis: qḋ ostēdit̄ falsū: p̄ h̄ qḋ faciēdo orat deū: ⁊ hoc ē qḋ dr̄. k Jhs aūt eleuatis sursū oc̄lis: vt ondēret nobis formā orādi q̄ ē p̄ eleuationē mētis ī deū. l Dixit p̄r: gr̄as tibi ago ⁊c̄. Deus aūt pr̄ celestis magnificētissim⁹ ē. Et iō ex gr̄aꝝ actōe de p̄teritis ad p̄stāda bñficia seq̄ntia ꝓuocat̄: h̄ n. ē ꝓprium magnifici vt habet̄. iiij. Ethi. m Ego sciebā ⁊c̄. in his. n. q̄ xp̄s absolute volebat d̄liberatiua volūtate ꝯformabat̄ diuie volūtati: ⁊ sic exaudiebat̄. Sciēdū tñ q̄ orare p̄rēȝ ꝯuenit xp̄o rōne hūanitatis in q̄ ē minor p̄re: n̄ aūt rōne diuinitatis in q̄ ē ei eq̄lis. n Sȝ ppt̄ pplm̄ q̄ circūstat ⁊c̄. Multi. n. ex iudeis dicebāt q̄ belzebub faciebat signa qḋ remouet ꝯformādo volūtatē suā cū volūtate diuina. o Hec cū dixisset: h̄ ponit̄ q̄rtū. s. lazari vocatio: cū dicit̄. o Hec cū dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras: h̄ fec̄ ad declaratione miraculi q: si dixisset in silētio possent dicē aduersarij q̄ vba magica dixisset vl' iterposuisset. p̄ h̄ ēt tollitur error eoꝝ q̄ dicebāt aīas d̄functoꝝ latitare in sepulchris: ⁊ iō clamauit ihs voce magna in suscitatiōe lazari q̄si aīam reuocans a lōgin/

quo.i.ab iferno:vt ad corpus rediret.

a Et statim:hic ponit quintum.s.lazari suscitatio cum dī. a Et statim pdijt q fuerat mortuus q: virtus diuina operabatur in instanti. b Ligatus manus ⁊ pedes institis:⁊ facies ei⁹ sudario erat ligata. hic delarat virtus diuina nō solū suscitādo mortuū: sed etiam faciens exire ligatum:per hoc etiaʒ apparet certitudo miraculi inq̄ʒtuʒ exiuit lazarus eo mō quo fuerat sepl'chro positus. c Dixit eis iesus:soluite eum: hoc pcepit alijs lʒ posset facere p seipm:vt accedētes de ppe ⁊ tangentes ex visu ⁊ tactu essent testes miraculi efficaciores sicut supra dcm̄ est de amotione lapidis. d Et finite abire:vt ostendatur vere suscitatus ⁊ nō fantastice p opera vite cuiusmodi est ambulatio ⁊ comestio ⁊ ꝯsimilia. Ideo dicit in sequēti cap. q lazarus erat vnus de discumbentibus.

veni foras. Et statiʒ[a] pdijt q fuerat defūctus: ligatus manus ⁊ pedes institis ⁊ facies illi⁹ sudario erat ligata[b]. Dixit ei iesus[c]. Soluite eū ⁊ sinite abire[d]. Multi ergo[e] ex iudeis qui venerant ad mariam ⁊ martham:⁊ viderāt que fecit iesus crediderūt i eū.

Sabbato post quartaʒ dominicam quadragesime. Euangelium sm̄ Joannem.viij.cap.

In illo tempore. Dicebat Jesus turbis iudeorum. Ego

e Multi ergo:hic ponitur suscitationis effectus:ex hoc q viso pdicto miraculo multi eorum crediderunt xpo:nec mirum q: illud signū fuit, diuine virtutis manifeste ostensiuū:que nō potest adesse ad testificandum aliquod falsum: et hoc ē quod dicitur. Multi ḡ ex iudeis ⁊c̄.pʒ.

Expositio moralis.

Erat qdam languens:p hunc lazarū languētem potest significari quilibet patiens grauem tēptationem.p eius sorores significantur persone pro eius alleuiatione deuote christum deprecantes:que non semper exaudiuntur sed talis patiens aliquando per actum peccati mortalis mori permittitur ab eo qui est tante bonitatis ⁊ potētie q scit ⁊ potest bona de malis elicere. Per iesum autem qui salus interpretatur predicator vel confessor salutem animarum sitiens significatur:qui peccatorem nō solū mortuum reperit per culpam sed etiam aliquando fetentem per infamiam ⁊ sepultum sub lapide per obstinationem:⁊ tamen deo principaliter operante sic per bonam intentionem reducit eum ad vitam gratie:quod non solum tollit obstinatio ⁊ mors culpe sed etiam infamie fetor: ⁊ suauis odor redditur bone fame.

Questio fratris Antonij betōtini. Fetet quadriduanus est Joannis.xj.ca. ¶ Ex quib⁹ verbis a doctoribus ⁊ patribus queritur:qd istorum duorum peccatorum grauius esse dcernitur:homicidiuʒ an blasphemia. Et profecto sicut testimōijs fide dignis approbatur:multo grauius multo qʒ horribilius ipo homicidio peccatuʒ blasphemie retinetur. vnde sanctus Thomas secūda secūde q.iiij sup hec talem rōnem assignat. Illud peccatum in se graui⁹ atqʒ horribilius est:qd directe deum offendit ⁊ perponderat eo q non directe in deum sed in proximum nocumentum ⁊ offensionem intēdit:cū autem blasphemia offendat ppͤie deum ⁊ homicidium primuʒ:sequitur valde bene q blasphemia sit grauior ⁊ horribilior q̄ʒ ipm homicidium. Alex.quoqʒ doctor irrefragabilis i suo secundo dicit. Peccatum blasphemie est cōtra pceptum pme tabule:peccatum homicidij ē cōtra pceptum secunde tabule. Sed maius peccatum est q cōmittitur contra pmam tabulaʒ q̄ʒ secundam:ergo maius peccatū est blasphemia q̄ʒ homicidium. Alia ratio reddi potest qa homicidium qn̄doqʒ licet sicut iudici occidere delinquentem: Blasphemare autem nunq̄ʒ licet. Ultima ratio redditur q: saltēʒ spirit⁹ blasphemie est peccatum in spiritum sanctum:homicidium vo non. His quattuor rationibus mota hec deuotissima femina martha ait ad iesum fetet.s.sua horribili ꝯditione blasphemās. qua driduanus est enim quia his quattuor rationibus peior est homicida.

Expositio litteralis.

Euangelista hic describit doctrinā ipsius christi q̄ʒtum ad virtutem illuminatiuam.⁊ diuiditur in duas:quia primo preponitur intentum. Secundo pbatur ibi. Dixerūt ergo pharisei. Circa pmū tria ponunt: pmū est ipsius xpi speciale puilegiuʒ cum dicit.

sum lux mundi[a]. Qui sequitur me[b] nõ ambulat in tenebris[c]: sed habebit lumen vite[d]. Dixerũt ergo ei pharisei[e]. Tu de te ipo testimonium phibes: testimoniũ tuũ non est verũ[f]. Respõdit iesus & dixit[g] eis Et si ego testimoniuʒ p hibeo de meipo veruʒ est testimonium meum q2 scio vnde veni & quo vado[h]. Vos autem nescitis vñ venio aut quo vado[i]. Vos sm carnem iudicatis[k] ego non iudico quenqʒ[l]. Et si ego iudico iudicium meũ verum[m] est: quia solus nõ sũ[n]: sʒ ego & q misit me pater[o]. Et in lege vestra scriptũ est[p]: q2 duorum hominũ testioniũ verũ ẽ[q].

a Ego sũ lux mũdi: alij.n.nõ sunt lux: sʒ ab hac luce illuminati vt dicet postea: Nõ tñ sic est itelligendũ q xps sit sol iste visibilis sicut itelligebãt Manichei. Lux.n.magis ppꝛie dr in spũalibus q3 in corporalibus: q2 lux hʒ rõnem manifestatiui: qd ppriei hʒ locum in cognitione itellectiua q summũ tenet gradũ & io ipe deus solus ẽ lux p essentiã q2 ab ipo ois notitia driuat. Scdo ppo nit hui9 lucis bñficium cum dicitur b Qui seqtur me p fidẽ formatam. c Nõ ambulat i tenebris ignorantie & culpe: & p ↄse quẽs nõ veniet ad tenebras gehẽne: q sunt terminus p dictarũ tenebrarũ pp̄ter hoc Matth.viij.cap. Dicunt tenebre exteriores idest vltime: p xpm enim facta ẽ veritas ↄ̄ tenebras ignorãtie & gr̃a ↄ̄ tenebras culpe: & glĩa dabit ab eo cõtra tenebras gehẽne. Tertio pponit hui9 lucis fructus cum dr. d Sʒ habebit lumẽ vite. q2 p irradiationẽ hui9 lucis eleuabit itellectus ad vidẽdũ deũ clare & p ↄsequẽs affect9 ad fruẽdũ ipm pfecte in qb9 ↄsistit vita eterna. e Dixerũt ergo: hic pbat ppositũ & diuidit in duas: q2 pmo ponitur iudeorum obiectio. Scdo xpi rñsio ex q ostẽditur ppositũ: ibi: rñdit iesus. Obiectio aũt eorũ pcedit nõ ex parte dicti q2 erat verissimũ: sʒ ex parte dicẽtis: & h ẽ qd dr. e Dixerũt ergo pharisei. Tu de te ipo testimoniũ phibes. f Testimoniũ tuũ nõ ẽ verũ.i.habens firmitatem dato q esset verum in se: q2 nullus põt ferre testimonium de se ipo. g Respondit iesus: h ponitur xpi responsio & excludit eorum obiectionem dupliciter: pmo ostendendo q2 cõsequentia nõ tenet. Secũdo q antecedens ẽ falsuʒ: ibi vos sm carnem. Circa pmum sciendũ q testimonium hʒ firmitatẽ & veritatẽ ex certitudine cognitionis: & ideo hominis testimoniũ de se nõ est firmum: q2 & si se cognoscat tamen freqnter inordinate afficitur ad seipm: deus autem pfecte se & alios cognoscit: & nõ potest esse distortio in eius affectu: ppter quod testimoniuʒ dei de se ipo firmum est: Testimonium autẽ hominis de deo est inualidum pp̄ter defectuʒ cognitionis: xps autem erat homo & deus nec poterat esse defectus cognitionis vel inordinatio affectiõis in diuina natura vel humana pp̄ter quod eius testimoniuʒ d seipo erat firmũ magis q3 quodcũ q3 aliud testimonium: & sic pʒ defectus consequentie & hoc est quod dr. g Respondit iesus & dixit: si ego testimonium phibeo &c. subdit causa idest. h Quia scio vnde veni aut quo vado. idest p fecte cognosco patrem a quo exiui in mundũ & ad queʒ reuertar & sic patet pbatio ppositi.s. q christus sit lux p essentiam quia verbum est a patre pgrediẽs: sicut lux a luce. i Vos autem nescitis vñ venio aut quo vado: q2 eius diuinitatẽ ignorabãt k Vos autem sm carnem. hic ostendit christus antecedens eorum esse falsum & diuiditur in duas: q2 pmo ponitur christi pbatio. Secundo remouetur eorum obiectio: ibi: dicebant ergo. Antecedens eorum erat q xps esset solus q de se testimonium perhiberet & hoc est falsum: q2 filius dei non potest esse sine patre & spiritu sãcto: q concorditer dant testimoniuʒ cum eo: vt dicitur pme. Joannis.v.capitulo. Tres sunt q testimonium dant in celo &c. Tamẽ non fit hic mentio nisi de patre: & hoc est quod dicitur. k Vos sm carnem iudicatis.s.me esse solum hominem. l Ego non iudico quenqʒ.i.per exteriora sicut vos: q2 deus intuetur cor. m Et si ego iudico: iudiciũ meũ veruʒ est.i.firmum. n Quia nõ sum solus vt supponitis q2 non potest esse solitudo in diuinis: cum vna psona sit in alia & econuerso: ideo subditur. o Sed ego & qui misit me pater &c. ex hoc arguit ad ppositũ dicẽs. p Et in lege vestra scriptũ est. Deutero.xix.ca. q Quia duorum hoĩuʒ testimoniũ verum est.i.debet reputari verum

quia quis duo homines possunt mentiri simul: tamen non contingit de facili. a Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso. ecce vna persona. b Et testimonium perhibet de me qui misit me pater: ecce alia: argumentum est a minori: Si enim duorum hominu3 testimonium ē firmum qui habent cognitionem paruam: ⁊ possunt habere affectionem distortam: multo fortius testimonium patris ⁊ filij in diuinis: vbi non potest esse talis defectus debet pri//mum reputari.

Ego sum q testimoniũ perhibeo de meipso[a]: ⁊ testimonium phibet de me qui misit me pater[b]. Dicebãt ergo ei[c]. Ubi est pater tuus[d]? Respõdit iesus[e]: neq3 me scitis[f] neq3 patrem meu3[g] Si me sciretis[h]: forsitã ⁊ patrem meũ sciretis. Hec verba loquutus ē iesus ĩ ga3ophilatio[i] docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius[k].

c Dicebant ergo. hic remouetur iudeorum obiectio: audientes enim q al legabat patrem suum in testimonium: stati3 obiecerunt. d Ubi est pater tuus: quasi dicat non est talis ac tantus q in hoc sit ei credendũ Credebant enim eum esse hominem purum filium Joseph. Et ideo de ipo derisorie querebãt e Respondit iesus: obiectionem excludendo. f Neq3 me scitis: ẜm deitatem.
g Neq3 patrem meum. per consequens: quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur ⁊ reliquum: ideo subditur. h Si me sciretis. l3 enim iudei haberent maiorem notitiam q3 gẽtiles: s3 quod dicitur. ps. lxxv. Notus in iudea deus. tamen non cognoscebant eum quantum ad mysterium trinitatis: quia non erat adhuc plene reuelatum. i Hec verba loqutus est iesus in ga3ophilatio. idest in loco vbi ponebãtur oblationes pro edificijs templi: Hoc aute3 addidit euangelista: ad ostendendum q iesus erat in loco vbi poterat faciliter capi ab eis: q querebant eu3 occidere nisi fuissent repressi diuina virtute: ideo sequitur. Et nemo apprehendit eum. k Quia nondum venerat hora eius. idest ab eo preordinata: quia quando voluit captus est ⁊ non ante.

Expositio moralis sup euangelium istud nõ habetur. Questio fratris Antonij betontini. Tu de teipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Joãnis. viij. caplo. ¶ Super quibus verbis queritur. Contra qd legis preceptum maliciã suam blasphemia dirigit? Ad quod irrefragabilis doctor Alexander de ales in secundo suo volumine inquit. Peccatum blasphemie contra illud pme tabule esse preceptum. Nõ assumes nomen dei tui in vanum: quod Exo. xx. capitulo denotat. Profecto nomen dei ĩ vanum assumere: ē diuine maiestati derogare: aut sibi et seruis suis cõtumeliam inferendo: aut a se: aut a seruis suis debita ⁊ conueñientia denegando: qd proprie diffinitõ blasphemie est. Propterea Ambrosi9 ait. Blasphemia est cum deo attribuitur quod ei non cõuenit: vel cum ab eo remouetur: quod ei 9uenit: que duo simul pharisei fecerunt quãdo dixerunt. Tu de te ipo testimonium perhibes. testimoniu3 tuum non est verum. Hic quidem pmo denegant sibi q ex ratione iam conuenit: licet enim Codice de testibus lege omnibus: dicatur: q in causa propria nemo potest eẽ testis: tamen quia Jesus purus homo non erat ⁊ sibimetipsi vt homo testimonium non reddebat: verum de se poterat testimonium perhibere. Unde Augustinus ait. Uerum est testimonium lucis: siue se ostẽdit siue aliud: Secũdo pharisei blasphemantes christo domino attribuũt q eius maiestati non conuenit dicentes. Testimonium tuum non est verum: ⁊ proculdubio false dicebant: immo forte mendaciter: quia bene fortasse sciebant omnia fuisse in eo: que ad ydoneum testimonium requiruntur. Tria enĩ sunt que testis debet habere ẜm theologos.
Primo in intellectu veritas: quia sicut cecus non potest de coloribus iudicare: sic qui ignorat non potest testimonium perhibere. Secundo in affectu bonitas: quoniam ẜm Sapiente3 in ethicis qualis est vnusquisq3 talia loquitur. Amantes inquit ipe ⁊ odientes non pariter iudicamus. Tertio in affatu pluralitas: nam cõmuniter vni testi ẜm iura non adhibetur fides sicut digestis de testibus lege vbi numerus. et iiij. q. iij. Is item in criminali describitur. Christus igitur qui erat summa veritas ⁊ sapientia ipso dicente hodie: scio vnde venio: ⁊ summa

bonitas et clemētia ipo etiam addente. Ego nō iudico queq3.s.malo et falso iudicio: vt vos faciṫis. et summa potentia qz neq3 solus: sed vna cū patre ipo etiam cōfirmante q ait. Ego solus nō sum: sed ego et qui misit me pater. Uerum ꝑfecto testimoniu3 ꝑhibeo: l3 omnia ꝑter illa reperirentur in eo: et multo his plura: q a peritis in iure describuntur. Dicūt eni isti ꝙ hec ꝯditiões requiruntur in teste. Cōditio sexus: etas: discretio: fama. Et fortuna fides in testib9 ista requires.

Dominica de passione Epistola Pauli ad hebreos.ix.capitulo.

Hristus assistēsa pōtifex futurorū bonorum: pamplius et perfecti9 tabernaculum non manu factum.i.non huius creationis. Neq3 per sāguinem hyrcorum: aut vitulorum: sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuēta.

Expositio litteralis.

Hic apostolus ostendit de tabernaculo moysi inq3tu3 fuit figura noue legis: circa quod apostolus duo facit: qz pmo declarat ꝑpositum: secūdo ꝓbat quoddam supposituz: ibi: si enim sanguis: Circa pmum qnq3 tāgit pmo dignitatem loci: qz illa pars tabernaculi que figurabat nouū testamentum vocabaṫ sanctū sanctoꝝ. Secūdo dignitate3 ministri: qz solus sūmus pontifex illuc intrabat. Tertio modum intrādi: qz cum sanguine intrabat. Quarto tempus intrandi: qz tm̄ semel in anno. Quinto ad qd intrabat.s.ad placandū sibi deū et populo: et ista significant ea que sunt in nouo testamēto: qz xp̄s q est summus pontifex intrauit celum: quod designabatur p sanctum sanctoꝝ: vt supra dictū ē: et p ꝑprium sanguinem ad piacandum nobis patrem: et hoc est quod dicitur.

a Christus assistens. Sciendum tamen ꝙ in hoc cap. constructio est multum suspensiua: et idō vt clarius et breuius ꝓcedam: ego ponam lrām non ꝫm ꝙ iacet in libro.sed ꝫm ordinem serie.

a Christus aūt assistens. hic tāgitur dignitas ministri noui testamenti: qz xp̄s est nomen suppositi existētis in natura duplici.s.diuina et humana. Pontifex. hic tangitur nomē officij: qa xp̄s est pnceps alioꝝ pastoꝝ: ꝫm quod dicit pri ma Petri.v.cap. Cum apparuerit pnceps pastorum et cͣ. Assistens.i.semp paratus ad suū officium.s.ad interpellādum patrem ꝓ nobis: et ad auxiliandu3 nos contra impugnatione hostis: introiuit semel in sancta.i.in celum vt patebit infra: quod qdem celum est tabernaculum p amplius.i.valde amplum ꝓpter imensitatem bonorum celestium: et pfectius q3 fuit tabernaculum moysi: quod fuit mobile et portabile de loco ad locu3. Istud est imobile et eternu3: ꝫm quod per Isai fuit pdictum xxxiij.ca. Ocli tui videbunt hierusalem ciuitatē. opulentam tabernaculu3 quod nequaq3 transferri non poterit: ibi enim loqtur de hierusalem celesti: non manu factum.i.non per hominē: sicut fuit tabernaculum moysi p manū Bezeleel. Unde considerandū est ꝙ tabernaculum moysi sic erat dispositum: parietes eni3 erant de quibusdam asseribus coopertis auro. Tectū vō tabernaculi erat quedā cortina quattuor colorib9 ꝺpicta. Altitudo tabernaculi erat decem cubitoꝝ: et latitudo dece3: longitudo vō eius.xxx. et erat quedā cortina interi9 diuidēs longitudinē in partes inequales: qz ex vna parte cortine erant decem cubiti tm̄: et dicebaṫ illa pars tabernaculi sanctum sanctoꝝ: In alia eni3 parte erant.xx.cubiti: et dicebatur illa pars sancta absolute: vel etiam sanctum: et sic distinguebātur due partes tabernaculi sicut in ecclesijs nostris chorus et nauis: nisi ꝙ opposito modo erant site: qz chorus in ecclesijs nostris est versus orientem: in tabernaculo vō moysi: sanctum sanctoꝝ erat versus occidentem. Ulterius considerandum ꝙ in sanctum sanctoꝝ erant tria: Archa testamenti: Duo cherubin: et ꝓpitiatoriū Apostolus addit quartum.s.ꝙ ibi erat turribulum quod exponunt aliqui dicentes ꝙ per hoc intelligi debet altare incensi: sed hoc p3 falsum p textum Exo. vltimo ca. vbi dicitur. Altare incensi erat in alia parte tabernaculi: Hoc etiam dicunt Josephus et hieronymus. Et ideo dicendum ꝙ p turribulū nō intelligitur aliud nisi ꝙ erat ibi incēsorium in quo summus sacerdos intrans sanctum sanctoꝝ ponebat incēsum vt nebula inde ꝯsurgens impediret alioꝝ conspectū q erant in alia parte tabernaculi ne viderēt ea

que erant intra sanctum sanctoꝝ: Similiter in alia parte tabernaculi que dicebaꝛ sancta erant tria: Mensa ꝓpositionis in latere aquilonari: ⁊ candelabꝛum aureum in latere australi. ⁊ altare Thimiamatis in medio contra diuidentē sanctum: Et sanctum sanctoꝛum Predictoꝝ autem assignaꝛ duplex ratio vna litteralis ⁊ alia mystica: Litteralis est ista. Tabernaculum eniꝫ istud erat oꝛdinatum ad cultum veri dei creatoꝛis totius mundi in quo sunt due partes: vna nobis inuisibilis videlicet istud quod est vltra Celum sidereum vbi erat habitatio spiritualiū substantiarum ⁊ hoc figurabatur ꝑ illam partē tabernaculi que dicebatur sanctum sanctoꝛum: in qua erant Cherubin repꝛesentantia angelicam naturam: ⁊ archa testamenti clausa ad designandum ꝙ rationes eoꝛum que fiunt in hoc seculo visibili continentur clause ⁊ nobis occulte in illo seculo superioꝛi sicut ratiōes effectuuꝫ in causis: ⁊ artificiatoꝛum in artifice continentur quodāmodo clause. Et hoc ꝑ tria in archa contenta. scilicet tabulas que repꝛesentant sapientiam qua diriguntur res humane: Et virga Aaron qua designatur potestas regiminis: per quam coercentur homines a malis: Et manna per quod designatur vita humana: Per pꝛopiciatoꝛium vero qđ erat quasi locus dei: ⁊ quia inde respondebat summo sacerdoti: per hoc designatur ipe deus glorioſus ⁊ sublimis presideꝰ omnibus creaturis: ⁊ sic postq̄ꝫ per sanctuꝫ sanctoꝛum designantur ea que sunt supꝛa celum sidereum nobis inuisibilia. Sic per aliam partē tabernaculi que dicebatur sanctum absolute designabatur alia pars mundi: Per tectum auteꝫ tabernaculi in quo erat quedam coꝛtina varijs coloꝛibus distincta: designabaꝛ celum sydereū varijs stellis oꝛnatum. Per candelabꝛum autē in quo erant septem lucerne designabantur oꝛbes septem planetarum: ⁊ pꝛopter hoc erat positum in parte australi: quia cursus planetaruꝫ in Emysperio nostro semper est ad austrum. Per mensam vero vbi erant panes suppositi đsignabantur elementa: ex quibus constituitur ⁊ nutritur hominum vita: quia ex eisdem sumꝰ ⁊ per eadem nutrimur vt dicitur secūdo de generatione: Designabat etiam illa mensa: ꝙ illi q in altari deseruiebant creatoꝛi vniuerse creature de altario debent viuere. Ratio autem allegoꝛica pꝛedictoꝛum est: quia per illam partē tabernaculi que dicebatur sancta designabatur vetus testamentum in quo veritas diuinoꝛum erat latens sub velaminibus figurarum: sicut aspectus eoꝛum qui erant intra sanctum sanctorum ⁊ erat interclusus per coꝛtinam mediam inter vtranq̄ꝫ tabernaculi partem: vt dictum. ē per illam: vnde per tabernaculi partem que dicebatur sanctum sanctoꝛum in qua erant illa q̄ repꝛesentabant spiritualia ⁊ diuina vt dictum est: significabatur nouum testamentum in quo reuelata est veritas diuinoꝛum: pꝛopter quod in passione domini in qua consumatum est nouum testamentum: scissa fuit illa coꝛtina que ꝓhibebat aspectum eoꝛum que erāt intra sanctū sanctoꝛum: vt habetur Luc. xxiij capitulo. Hāc autem expositionem secundam ꝓsequitur apostolus. ⁊ hoc est quod subdit apostolus exponendo verbum pꝛedictum. idest non huiꝰ creationis idest humane factionis. Tangit etiam tempus intrandi: ibi semel: quia totum tempus non est nisi vnus annus respectu pontificatus chꝛisti: ⁊ ideo ex quo semel itrauit semper est ibi: tangitur etiam modus intrādi cum dicitur. Neq̄ꝫ per sanguinem hyrcoꝛum aut vituloꝛum: sicut intrabat pontifex veteris legis: sed per pꝛopꝛium sanguinem: qui pꝛo nobis fuit effusus in cruce. Tangitur etiam ad quid intrauit cum dicitur: eterna redemptione inuenta: quia per hoc habemus eternam redemptionem per modum conuenientissimum a chꝛisto inuentum inquantuꝫ satisfecit: quia poterat in q̄ꝫtum deus. Et soluit qui debebat inq̄ꝫtum homo. Si enim sanguis. hic pꝛobat quoddam suppositum circa vltimum dictum. scilicet ꝙ sanguis chꝛisti fuit efficax ad nostram redemptionem eternam: ⁊ facit talem rationem: sanguis chꝛisti ex vnione ad suppositum diuinum habet virtutem maioꝛem ad emundationem anime q̄ꝫ sanguis. Hyrcoꝛum ⁊ vituloꝛum et aqua lustrationis ad tollendum immundiciaꝫ coꝛpoꝛalem seu impedimentum irregularitatis de quo pꝛedictum est. Ueritas pꝛopositionis huius patet: quia sanguis chꝛisti ex eius vnione ad suppositum diuinum contrahit q̄ꝫdam infinitatem virtutis: Sed pꝛedicta veteris legis tollebant immunditiam coꝛpoꝛalem contractam ex tactu alicuius immundi ⁊ a diuino cultu impedientem: vt patet numeri. xix. capitulo. Ergo multo foꝛtius sanguis chꝛisti mundat animam ⁊ reddit eam aptam ad salutem eternam: ⁊ hoc est quod dicitur.

a Si enim sanguis hyrcoꝝ ꝛ thauroꝝ: hoc fiebat in festo expiationis. b Et cinis vitule aspersus: q꞉ in aqua illustrationis qua debebãt ĩmũdi aspergi ponebant cineres vitule cõbusti. vt dĩ numeri. xix. cap. c Inqnatos sãctificat ad emũdationem carnis: q꞉ animaꝫ mundare nõ poterat. d Quãto magis sanguis xp̃i emundabit conscientiaꝫ nostrã ab operibꝰ mortis. i. peccatis q̃ mortificant animam morte culpe ꝛ morte gehenne. e Ad seruiendũ deo viuẽti: hoc dicit ad differentiaꝫ illoꝝ: q putant viui. sed sunt mortui: vt Jupiter: Hercules ꝛ huiusmodi. Tangit aũt tria p̱ que sanguis xp̃i habet efficaciam ad p̃dicta. Primum est ip̃e offerens. s. xp̃s cuius meritum est efficacie infinite ꝓpter coniũctionem ad diuinitatẽ: ꝛ hoc tãgit cum dĩ: Semetip̃m obtulit. Secũdũ est munus oblatum qꝫ fuit sanctissimũ: Ideo dĩ ĩmaculatũ. Tertium est modus offerendi q̱ ꝓcessit ex maxima charitate quod notat cum dĩ p̱ spiritum sanctum: cui aũt facta sit talis oblatio ostẽditur cum dicitur. Deo. s. patri. f Et ideo noui testamẽti: Hic ꝯsequenter ex p̃dictis que ꝑtinent ad vetus testamẽtum ꝛ expositione eoꝝ arguit ad p̃ncipale intẽtum. s. qꝫ nouũ testamẽtum sit excellẽtius ꝛ efficacius veteri: ꝛ hoc ostẽdit cũ p̃dixit qꝫ xp̃s p̱ ꝓpꝛium sanguinẽ intrauit celũ: ꝛ sic inuenit nostram redemptionẽ eternã: hoc aũt nõ poterat fieri in veteri testamẽto: Ex quo seqtur qꝫ illud testamẽtũ factũ est p̱ xp̃m: ꝛ per cõsequẽs dꝫ dici nouũ testamentũ: q꞉ illud qđ sequitur p̃cedens dicitur nouũ respectu illius: et hoc est quod cõcludit apostolus. f Et ideo noui testamẽti mediator est. s. ip̃e xp̃s: p̱ quem aũt modum sit mediator subdit. g Ut morte intercedẽte. i. xp̃i morte interueniẽte p̱ quaꝫ eius testamentũ est ꝯfirmatum. h Redemptionem earum p̃uaricationum q̃ erãt sub pori testamento. i. quas vetus testamẽtum nõ poterat auferre sed per mortem xp̃i sunt ablate.

Si enim sanguis hyrcorum ꝛ thaurorum[a] ꝛ cinis vitule[b] inquinatos sanctificat ad emundationeꝫ carnis[c]: quanto magis sanguis christi[d]: qui per spirituꝫ sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo: emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruienduꝫ deo viuenti[e]? Et ideo noui testamẽti mediator est[f]: vt morte intercedente[g] in redemptionem earũ preuaricationum[h]: que erãt sub priori testamẽto: repromissionem accipiant[i]: qui vocati sunt eterne hereditatis[k] In xp̃o iesu domino nostro

i Repromissionem eterne hereditatis accipiant. p̱ efficaciam passionis. k Qui vocati sunt ad participandũ ip̃m p̱ veram fidem ꝛ sacrambntoꝝ noue legis susceptionem ꝛ sic pꝫ qꝫ nouũ testamẽtũ est efficatius veteri: q꞉ mũdat animã ꝛ ꝯfert gloriam. Uetus autẽ testamentũ tm̃ exterius mũdabat ꝛ temporalẽ hereditatem ꝓmittebat.

Questio fratris antonij betontini. Sanguis xp̃i q̱ p̱ spiritum sanctum semetip̃m obtulit imaculatum deo. emũdabit ꝯsciẽtiã nostrã ab operibꝰ mortuis. Paulus ad hebreos. ix. ca.

In qbus verbis queritur: vtrum teneamur ad id quod nobis cõsciẽtia dictat. Bonauẽ. in secũdo disti. xxxix. parte scđa arti. secundo. q. iij. qꝫ conscientia aliquãdo dictat aliqd qđ est ꝭm legem dei: aliquãdo aliqd quod ẽ ꝑter legeꝫ dei. aliquãdo aliqd qđ ẽ contra legem dei: ꝛ loquimur hic de dictamine p̱ modum p̃ceptionis vl ꝓhibitionis nõ p̱ modum cõsilij. siue ꝑsuasionis. In p̃mis qdem ꝯscientia simplr̃ ligat ꝛ vlr ꝓ eo quod ad illa homo ligatus p̱ legeꝫ diuinã ꝛ cõsciẽtia que illi ꝯcordat ligatum ostendit. In secũdis võ conscientia ligat q̃diu manet: vnde vel tenetur homo ꝯsciẽtiaꝫ deponere: vl tenetur illud quod dictat cõsciẽtia adimplere: vtpote si dictat qꝫ necessarium ẽ ad salutẽ festucam de terra leuare. In tertijs võ conscientia nõ ligat ad faciendum vel nõ faciendum sed ligat ad se deponẽdum ꝓ eo qꝫ cũ talis conscientia sit erronea errore repugnãte legi diuine necessario q̃diu manet ponit hoĩem extra statuꝫ salutis: ꝛ ideo necessarium ẽ eam deponere: q̱a siue homo faciat quod dictat ꝯsciẽtia eius siue eius oppositum mortaliter peccat. Si võ facit qꝫ ꝯscientia dictat: ꝛ illud ẽ contra legem dei: ꝛ facere ꝯtra legeꝫ dei sit mortale peccatũ: absqꝫ dubio mortaliter peccat. Si võ facit oppositũꝫ eius qꝫ ꝯscientia dictat ip̃a manẽte adhuc mortaliter peccat: nõ rõne operis qđ facit sed quia malo modo facit. facit enim in contemptuꝫ dei

dum credit dictante sibi ꝯsciētia hoc deo dis/
plicere: q̄uis deo placeāt: ⁊ hoc est quod dicit
glo. sup̄ illud Roma. xiiij. ca. Omne quod non
est ex fide peccatū ē: ibi glosa. Omne quod ad
ꝯsciētiā ptinet si aliter fiat dicit Apostolus eē
peccatū: q̄uis. n.
fiat ēt qd̄ bonū est
si nō faciendū cre
datur peccatum ē
Et rō hui⁹ ē: q2 nō
tm̄ attendit deus
qd homo faciat sz
quo animo faciat:
⁊ iste q facit q deo
us iubet credens
facere contra dei
volūtatē non facit
bono aīo: sz malo:
⁊ ideo peccat mor
taliter.

Dominica in passione Euangelium s̄m Joannem. viij. cap.

In illo tempore: Dicebat Jesus turbis iudeorum et principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato[a]? Si veritatē dico vobis[b]: quare non creditis mihi[c]? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis[d]: quia ex deo nō estis[e]. Respōderūt ergo iudei[f]: ⁊ dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos[g]. quia samaritanus es tu: et demonium habes[h]? Respondit iesus[i]. Ego demonium non habeo[k]: sz

Expositio lr̄alis.

Hic euangelista declarat ppriecatem iudeoꝝ ⁊ phariseoꝝ: qm̄ pprietas eorum erat recipere falsa ⁊ mēdacia: ⁊ non vera: sed q2 possent dicere q nō credim⁹ tibi: hoc non est ppter odium veritatis sed ppter mali/
ciam tuam: q2 malus homo es: Ideo dicit hoc remouens. a Quis ex vobis arguet me de peccato? quasi dicat: Si habetis aliquod peccatum quod possitis sup̄ me ostendere: paratus sū audire ⁊ me rationabiliter purgare: ⁊ ideo cum hoc non possitis facere. b Si veritatē dico: si p quia. c Quare nō creditis mihi? ⁊ subdit cām dicens: q ex deo est: verba dei audit: q2 qlibet audit doctrinam ad quā affectat⁹ est: q2 est sibi cōnaturalis: ⁊ ideo concludit.
d Propterea vos non auditis. i. recipitis ṽba dei ex ore meo. e Quia ex deo non estis ⁊ p consequens sequitur q sitis ex diabolo: nō per creationem sed per imitationem.
f Responderunt ergo: ostenso patre eoꝝ: ponitur eoꝝ iniuriosa responsio: ⁊ diuidit̄ in duas: q2 p̄mo ponit̄ dicta responsio: Secundo ipsius responsionis mansueta declinatio: ibi rn̄dit iesus. Circa p̄mum sciendum q modus hominum q nesciunt rōnabiliter respondere est ad cōuicia iniuriasq3 se cōuertere: ⁊ ideo iudei nō habentes q xp̄o responderēt ad conuicia se cōuerterunt dicētes. g Nōne bene dicimus nos: q2 samaritanus es: lz enim xp̄s eēt genere iudeus ⁊ non samaritanus: tamen vocant eum samaritanum duplici de causa: vna ē q2 vt dcm̄ est cap̄. iiij. q̄uis samaritani essent gentiles tamen legem in parte seruabāt. Et ideo erat vulgare apud iudeos q ille q ī parte legem obseruabat: ⁊ in parte legē3 soluebat vocabat̄ samaritanus: q̄uis esset iudeus ppter similitudinem ad iudeos: sicut apud xp̄ianos aliqs dicitur iudeus vl' saracenus. Qui ritū catholice fidei in parte soluēs iudeis ⁊ saracenis q̄tum ad aliqd assimilatur. Alia causa est q2 samaritani erāt multū infesti iudeis et odibiles eis: vt supra dcm̄ est ca. iiij. Et iō vulgare erat apud iudeos q homies malos ⁊ eis odibiles vocabant samaritanos q̄uis essent iudei. Talis autem erat xp̄s s̄m reputationē eoꝝ. Ideo vocabāt eū samaritanū. h Et demonium habes: hoc enim dicabāt de xp̄o ppter mirabilia q̄ faciebat ⁊ magicis artibus imputabant: Et q2 secreta eoꝝ frequēter arguendo dicebat: ⁊ q2 aliquando q̄dam alta ⁊ subtilia loq̄batur que nō intelligebāt: ppter quod eū arreptitium dicebant. Sicut ⁊ de saul dicitur p̄mo Regum. xviij. ca. qd̄ arreptus a demonib⁹ prophetizabat in aula sua. i Respondit iesus. hic ponit̄ ipsius xp̄i mansueta declinatio: cum malediceret̄ nō maledicebat vt habet̄ p̄ma petri. ij. cap̄. Iō mansuete iniuriā declinat dicēs. k Ego demonium nō habeo: qd̄ p3 q2 demones expellebat: nec doctrinā malam habebat sz sanctissimā vt p3 intuenti. Si enim aliqs hō in nulla lege imbutus videret xp̄i doctrinā statī ex sola rōne naturali iudicaret eam mundissimam ⁊ honestissimā respectu cuiuscūq3 alteri⁹ doctrine. Similiter miracula xp̄i nō fiebāt virtute demonis: qd̄ p3 ex h̄ q faciebat multa non solū virtute demonis: sz virtute cuiuscūq3 creature trāscēdētis: sicut ē suscitatio mortuoꝝ: illuminatio cecoꝝ ⁊ illustratio hoīum simplicium.

⁊ cōsimilia ex hoc p₃ ꝙ fiebant virtute diuina. ideo sequitur. a S₃ honorifico prēm meū: declarando eius virtutem in miraculo.
b Et vos inhonorastis me: attribuēdo demonī ꝙ vtuti diuine deberet attribui: ⁊ ne possent dicere ꝙ talia diceret ad iactantiā subdit. Ego aūt nō quero gliam meā Sed q̄rit̄ hic cum xp̄s quereret gloriā dei p̄ris: ⁊ eadē₃ sit glia patris ⁊ filij: quomō pōt dicere: Ego aute₃ nō quero gloriam meā. Dicendu₃ ꝙ dirigit vbū ad itētionē eoꝝ quibus loquebat̄ q reputabant eum querere honorem mundanum: ⁊ est sensus. c Ego aūt non quero gliam meam quasi dicat: Ego nō quero gloria₃ ab honore dei p̄ris deuiantē sicut vos creditis
d Est q querat ⁊ iudicet: quasi dicat illi q querunt gliam mūdi possunt manifeste iudicare ⁊ ꝑpendere p facta mea ꝙ ego talia non quero: q₂ vita xp̄i in paupertate ⁊ abiectione existens glie mūdane erat ꝯ̄ria. Aliter exponitur. Ego aūt non quero gliam meam. i. exaltationē meā: p nūc: q₂ ante passionē xp̄s querebat abiectionem. d Est q querat. s. deus pater q post humiliationē in cruce exaltauit eū: ⁊ dedit illi nomē quod est sup omne nomē: vt dicit̄ ad Philipenses. ij. cap. Et iudicet. s. deus pater de illis q me inhonorāt vindictam faciendo de ipsis qd factum est qñ in vindictam mortis xp̄i destructa est ciuitas ⁊ tēplum ⁊ populus occisus ⁊ captiuatus est p romanos. e Amē amen dico vobis. hic ꝓbat tertium supra positū. s. ꝙ sequēs xp̄m lumen habeat vite: Et diuiditur in duas: q₂ ꝑmo ponitur xp̄i ꝓbatio. Secundo iudeoru₃ obiectio: ibi dixerūt ergo. In ꝑma parte dr̄ sic.
e Amen amē dico vobis. i. fideliter: ⁊ duplicatur ad maiorem affirmationē. f Si qs sermonem meum seruabit: mortem nō videbit in eternum: Cuius ratio est q₂ semen. i. verbū dei vt habetur Luc. viij. cap. Inq̄ztum vita eterna in verbo dei consistit sicut in quodam ꝑncipio seminali q₂ finaliter ꝑducit in vita₃ beatam: sicut virtute seruantis ꝑducitur fructus ⁊ ideo sicut ille qui seruat semen a corruptiōe peruenit ad fructum: sic seruans verbum diuinū: ꝑuenit ad beatitudinis statum q̄ beatitudo designatur cū dicitur. Mortem nō videbit vita eni₃ beata in visione ⁊ fruitiōe cōsistit: ⁊ ideo per exclusionem mortis gehēne que huic visioni opponit̄: consecutio beatitudinis intelligitur ⁊ sic patet quod supra fuit ꝑpositum s. ꝙ sequens xp̄m habet lumen vite: q₂ sequela xp̄i in obseruatione verbi eius consistit.

honorifico patrem meum[a] ⁊ vos inhonorastis me[b] Ego autem nō quero gloriam mea₃[c]. Est q q̄rat: et iudicet[d]. Amē amen dico vobis[e]. Si quis sermonem meum seruauerit mortem nō videbit in eternum[f]. Dixerunt ergo iudei[g]. Nunc cognouimus q₂ demoniū habes[h] Abraam mortuus est ⁊ prophete: ⁊ tu dicis. Si qs sermonem meum seruauerit[i]: nō gustabit mortem in eternum? Nunquid tu maior es patre nostro Abraam[k] q mortuus ē: ⁊ prophete mortui sunt: Quem teipsu₃ facis[l]? Respōdit iesus[m] Si ego glorifico meipsum[n]: glia mea nihil ē[o].

g Dixerūt. hic ponit̄ iudeoꝝ obiectio in contrariū: ⁊ diuidit̄ in duas: q₂ ꝑmo ponitur dicta obiectio. Scdo xp̄i r̄nsio: ibi r̄ndit iesus. Obiectio aūt eoꝝ incipit a cōuicio q₂ sicut hoīes irrationabiles ⁊ turbati statim dixerunt.
h Nūc cognouimus q₂ demonium habes: q̄si dicat ꝑus tm̄ opinabamur te habere demonium: Sed mō sumus certi q₂ ita est ꝙ nulla falsitas a deo est: sed a diabolo q est pater mendacij vt tu dixisti: verbum aūt tuū est manifestum et aptu₃ mēdaciū ad cui⁹ ꝓbationē īducūt. Abraā mortuus ē ⁊ ꝓphete: q tm̄ sermonē dei seruauerunt q est maioris virtutis q̄₃ sit sermo tuus: ⁊ iō p₃ falsum qd tu dicis. i Si qs sermone₃ meū seruauerit ⁊c. Ex quo p₃ ꝙ decipiebant̄ in equoco: ex quo xp̄s dicebat de morte spūali: ipsi aūt acceperūt de morte corporali: ⁊ iō querunt derisorie duo: ꝑmu₃ est. k Nunqd tu maior es p̄re nostro Abraā: quasi dicat nō: scdm est.
l Quē teipm facis? q̄si dicat. manifeste p₃ ꝙ ad gliam vanā de te falsa dicis. m R̄ndit iesus: hic ponit̄ xp̄i responsio ⁊ ꝑmo ad secūdu₃. secūdo ad ꝑmum: ibi Abraā: ⁊ q₂ in vltimo quesito imponebant ei querere vanā gliam: ideo h̄ excludit dicens. n Si ego glorifico meip₃. i. si ego quero gliam meā ꝑter regulā veritatis diuine vt vos mihi īponitis. o Glia mea nihil est. i. falsa q₂ falsum ē non ens vel nihil. S₃

Est pater meus qui glo rificat me[a]: quem vos dicitis[b]: quia deus ve. ster est: ꝛ non cognoui. stis eum[c]. Ego autē no ui eum[d]: Et si dixero qꝛ non scio eum[e]. ero simi. lis vobis mendax: Sed scio eum[f]: ꝛ sermonem eius seruo[g]. Abꝛaā[h] pa. ter vester exultauit vt videret diem meum: vidit ꝛ gauisus est[i]. Di xerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes. ꝛ Abꝛaā vidisti[k]? Dixit eis iesus Amē amen dico vobis[l] anteq̄ꝫ Abꝛaā fieret ego sū. Tulerunt ergo lapi. des[m]: vt iacerent in eū. Jesus āt abscondit se[n]:

nō est ita qꝛ gloꝛia mea est a deo p̄re a quo nul lum falsum pōt esse: ꝛ hoc est quod dicitur hic. a Est pater meus q glorificat me: p miraculo rum opationem: ꝛ postea glorificabit p resurre ctionis ꝛ ascēsionis gliam. b Quē vos dici tis qꝛ deus vester est: p operū imita tionē: sed hoc ē fal sum quod pꝛobat dicens. c Et nō cognouistis eum: p fidem foꝛmataꝫ in qua cōsistit dei filiatio p adoptio nem. d. Ego au tem noui euꝫ: sicut eius filius natura lis habens eandē sciam cum ipo. e Et si dixero qꝛ non scio eū: ero si milis vobis mendax: sicut estis mendaces asse rendo vos eum cognoscere cū tamē non eū co gnoscatis: ita essem mendax si assererē me eum ignoꝛare cū inq̄ꝫtum deus habeā noticiā eādē cū eo: ꝛ inq̄ꝫtum homo eum clare videā: ꝛ ideo subdit. f Sed scio eum. s. p̄dicto modo. g Et sermonem eius seruo: hoc addit qꝛ vera cognitio per opera demonstratur. In omni. n. opere malo est aliqua ignoꝛantia: ꝑpter quod dicit phs. iij. ethi. Omnis malus est ignoꝛās. h Abꝛaam: hic respondetur ad pmum. que fierant enim pmo derisoꝛie si ipe cēt maioꝛ q̄ꝫ Abꝛaā. ꝛ respondet ꝙ sic dicēs: Abꝛaā pater ve ster exultauit vt videret diē meuꝫ. Quia abꝛaā desiderauit cognoscere tempus aduentus xpi: quod est videre xpm in spiritu: ꝛ sic pꝫ ꝙ ē ma ioꝛ Abꝛaā: ꝑpter hoc enim cognitionē hāc de siderabat: qꝛ ab ipo omnium gentiuꝫ redēptio nem expectabat. i Uidit ꝛ gauisus ē: quan do. s. dictum est ei in semine tuo benedicentur omnes gētes. Gen̄. xxij. ca. Et quādo in figura trium angeloꝝ sibi apparentium cognouit tri nitatis mysterium. Gen̄. xviij. ca. ꝛ in oblatiōe Isaac ꝑpter quod locus ille dictus est. Domin[9] videt vt habetur Gen̄. xxij. ca. qꝛ dominus fecit videre abꝛaam ocultum xpi mysterium. Sꝫ cō tra hoc dictum xpi veracissimū arguūt dicētes k Quinquaginta annos nondū habes ꝛ abꝛa am vidisti: quasi dicāt hoc est impossibile qa a moꝛte Abꝛae vsqꝫ ad tempus xpi fluxerunt an ni circiter duo milia. Solet queri cum xps nō haberet vltra triginta tres annos quomodo iu dei assumpserunt tantam superfluitatem dicen do quinquaginta annos ꝛc. Dicendum ꝙ pꝛo pter laboꝛes ꝛ ie iunia videbat chꝛi stus lōge maioꝛis etatis q̄ꝫ esset: vel sm alios ꝑpter re uerētiam anni qn quagesimi q erat iubileus. Judei. n. per ipsum cōputa bāt: ꝛ est sensus qn q̄ginta annos ꝛc. quasi dicāt non vi xisti adhuc vnum iubileum ꝛ abꝛaā vidisti. Ex modo loquendi apparet eoꝝ falsitas ꝛ calūnia. qꝛ xps nō dicit vidi abꝛa am sicut ipsi repetierūt: sꝫ ecōtrario ꝙ abꝛaā vi derat ipm: qꝛ tn̄ eoꝝ obiectio ꝓcedebat ex hoc ꝙ solū in eo naturā humanā ꝯsiderabāt: ideo ostēdit se naturā diuinā hr̄e dicēs. l Amen amē dico vobis anteq̄ꝫ abꝛaā fieret ego sū: Ubi ondītur ei[9] eternitas ꝯiungēdo verbū p̄ntis tē poꝛis ego sum cū verbo p̄teriti tpis anteq̄ꝫ fie ret: qꝛ eternitas assistit omni tēpoꝛi: ꝛ qꝛ iudei nesciebant verbis eius ꝯdicere rōnabiliter lo quendo: ideo ꝯtradixerunt coꝛpoꝛaliter pseq̄n do ideo subdit. m Tulerūt lapides vt iace rent in eū sicut in blasphemū: ꝛ pꝫ manifeste ꝙ nō mouebant amoꝛe iustitie: sꝫ liuoꝛe inuidie: qꝛ in lapidatione blasphemi requiritur debi tus ꝓcessus per accusationem coꝛam iudice et testium depositionem ꝛ iudicis sententiam: et tunc sequitur lapidatio extra ciuitatem: vt ha betur Leui. xxiiij ca. Ipsi autem volebant eum lapidare omisso ꝓcessu pꝛedicto: ꝛ cum hoc in loco sacro quod erat illicitum etiam de conui cto: pꝛopter quod Joiada pontifex fecit Atha liam trahi extra septa templi anteq̄ꝫ occideret vt habetur. iiij. Regum. xj. ca. n Jesus autē abscondit se: non occultando retro parieteꝫ vel aliquod huiusmodi: sed virtute diuinitatis se reddendo eis inuisibilem: ꝛ in hoc nobis exē plum patientie dedit ꝛ fidelibus suis materiaꝫ consolationis: qꝛ aliquando se absconsuri erāt.

a Et exiuit de tẽplo: p mediũ illoꝝ inuisibili/ter pgens: sicut dr̃ de illis q voluerũt eũ pcipi/tare: Luc.iiij.ca. Jhs aũt trãsiẽs p mediũ illoꝝ ibat: tamẽ a suis discipulis videbat: qꝛ secuti sũt eum.

ꝛ exiuit de templo[a].

Feria secũda post dñi/cam de passione. Euangeliũ sm ioãnẽ.vij.ca.

In illo tempore: Miserũt pricipes ꝛ pharisei ministros vt apprehenderẽt iesum. Dixit ergo eis iesus[b]. Adhuc modicũ tempus vobiscũ sum[c]: ꝛ vado ad eum qui misit me[d]. Queretis me[e] ꝛ non inuenietis[f]: ꝛ vbi sum ego: vos non potestis venire[g]. Dixerunt

Expositio moralis.

Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt in eum. beda. Mistice ãt quot malas cogitatões qs assumit q̃si tot lapides in iesũ mittit ac dei/de q̃ntũ ad se ptiet si ad deliberatio/nẽ trãsit: iesũ extī/guit. Jhs autẽ ab/scondit se ꝛc. qd ãt abscõdẽdo se dñs significat: nisi vt q eis ipa veritas abscondit q eius vba seq ptem nũt? Eam qppe quã nõ inuenit humilẽ veritas fugit mẽtẽ. Quid aũt nobis hoc exẽplo loquit: nisi cũ ẽt resistere possimus irã supbientiũ hu/militer declinemus: hec Beda.

